




DICVILI


LIBER

DE MENSVRA ORBIS TERRAE

A

GVSTAVO PARTHEY

RECOGNITVS.



BEROLINI
IN AEDIBVS FRIDERICI NICOLAI
(A. EFFERT & L. LINDTNER).
1870.

LETRONNII

MANIBVS

SACRVM.

PRAEFATIO.

Liber de mensura orbis terrae, a Dicuilo Hiberniae monacho anno post Chr. n. 825 conscriptus, in bibliothecarum membranis diu latitans, primum integer editus est e codice Parisiensi 4806, saec. x, a Carolo Athanasio Walckenaer (Parisiis 1807) paullo post (anno 1811) A. Letronnius, adhibitis tribus aliis codicibus

1) Parisiensi Lamoniano 9661, suppl. lat. 671,
2) Gaddiano postea Laurentiano, quem inspexit Targionius Tozettius,
3) Veneto Marciano, quem excerpsit Morellius,

Dicuili libellum denuo excudi curavit, uberrimoque commentario auxit, quo non solum Dicuili aetatem, orthographiam, fontes tractavit, sed etiam magna cum eruditione de fossa

Hadriani Nilum inter et sinum Arabicum, de magnae pyramidis altitudine, de priscis Jslandiae incolis, de mari Jonio, Adriatico, Tyrrheno disseruit.

Divenditis autem utriusque editionis exemplaribus haud e re mihi visum est, ope codicis Dresdensis (D. 182) optimae notae, ante hos viginti et tres annos a me excussi, novam Dicuili editionem viris doctis proponere.

De Dicuili scriptis pauca praemonenda sunt. praeter librum de mensura orbis terrae epistulam composuit de quaestionibus decem artis grammaticae, quam ipse memorat, (prol. 1) edi curavit Prisciani partitiones duodecim versuum Aeneidos principalium, quae continentur codice Leidensi Vossiano 33. (Priscian. ed. Keil, t. 2 p. 389. 390).

Libellus de mensura orbis terrae refertus est variis auctorum nominibus, quorum hic sequitur elenchus: Agrippa, Artemidorus, Augusti chorographia, Caesaris cosmographia, Clitarchus, Dicaearchus, Ephorus, Eudoxus, Fabianus, Fidelis frater, Hecataeus, Herodotus, Homerus, Jsidorus Hispalensis, Juba, Onesicritus, Orosius, Philemon, Plinius, Priscianus, Pytheas, Sedulius, Servius, Solinus,

Statius Sebosus, Theodosii missi vel metatores, Thucydides, Timosthenes, Virgilius, Xenophon Lampsacenus.

Horum auctorum magna pars cum ex Solino citetur, Solinus autem ex Plinio hauserit, pauca tantum sibi propria remanere Dicuilo facile intellegitur. praeter Augusti chorographiam et Caesaris vitiatam cosmographiam nonnisi Jsidorum Hispalensem, Plinii libros priores sex, Priscianum, Solinum et Theodosii missorum opus evolvisse videtur Dicuil. neque in excerpendis scriptoribus antiquis satis accurate versatum esse Dicuilum paucis exemplis ostendam.

Plinii librorum haud raro falsi indicantur numeri, immo legitur (6, 27) 'sed Plinius Secundus altero nomine praedictum stagnum nominat, *quod nunc obliviscor*'. in initio operis (prol. 4) dicit Dicuil 'ubi in libris Plinii Secundi corruptos absque dubio numeros fieri cognovero, loca eorum vacua interim fore faciam, ut si non invenero certa exemplaria, quicumque repererit emendet'. paullo post autem, finita mensuratione orbis terrae (6, 1) habet 'iuxta Plinium Secundum numerorum loca, quae in prologo praedixi relinquere

vacua, repertis illis snpplevi. sed si quisquis meliora exemplaria invenerit, videat si placuerit, ne piger corrigere fuerit'.

Jn Jndiae descriptione (6, 28) ex Solino allegatur 'minima Gangis latitudo per VIII m. passuum, maxima per XX patet'. postea (7, 36) ex eodem Solino affertur 'de latitudine Gangis fluminis et Euphratis, quam in isto libro scripsit, dubitans taceo'.

Ubi emendationes manifestas habet Dicuil, in incerto relinquitur, utrum melioribus codicibus an auctoris ingenio debeantur. Solinus (32, 8) de Nilo fluvio perperam refert 'septem ostiis conditur, in *meridiem* versus excipitur Aegyptio mari'. idem error occurrit apud Jsidorum Hispalensem (13, 21, 7). 'apparet autem in Nilide lacu, de quo in *meridiem* versus excipitur Aegypto'. recte autem Dicuil (6, 11) 'in *septentrionem* versus excipitur Aegyptio mari.

Alio loco (9, 6) acrius impugnat Solini (24, 8) opinionem de Atlante monte 'quod ultra nubila caput condit, et quod vertex eius semper nivalis'. cui sic adversatur Dicuil 'si vertex eius semper nivalis est, transcendere semper nubes non potest, et si nubes

semper altitudo eius excedit, non solum nunquam tegi, sed nec tangi nivibus valet'.

Solini (22, 9) assertionem de insula Thyle 'in qua aestivo solstitio sole de Cancri sidere faciente transitum nox nulla, brumali solstitio perinde nullus dies' comprobat Dicuil (7, 10) narratione clericorum quorundam, a kalendis Februarii usque ad kalendas Augusti in illa insula degentium, qua narratione recte perpensa dubium nullum esse potest, Jslandiam insulam sub finem saeculi octavi a clericis hibernicis visitatam fuisse. (Letr. p. 133 sqq.)

Letronnii disquisitiones de cosmographia Caesaris et de missis Theodosii, in commentario (pag. 25 et 31) promissae, cum lucem non viderint, pauca de iis diccenda sunt.

Cosmographiae, quae sub Julio Caesare et Marco Antonio consulibus facta est, et nuper in Dicuili manus venit, (6, 20 et 37) adulteratum fuisse exemplar facile intellegitur. Dicuil enim in cosmographia notitiam repperit, partem Nili fluminis exire in Rubrum mare iuxta civitatem Olivam et castra Moysis, (6, 20) nemo autem Moysis castra in genuina Caesaris cosmographia quaerat. reliqua fere omnia ex cosmographia a Dicuilo allegata,

apud Aethicum et Julium Honorium leguntur. enumeratio marium, insularum, montium cet. (Dic. 8, 26—30) iisdem verbis sed mutato ordine habetur apud Aethicum (p. 706. 711. 717. 720 Gron.) sed Aethici verba sensu carent, cum dicat 'orientalis *oceanus* habet maria — insulas — montes'. recte Dicuil 'orientalis *pars* habet maria — insulas — montes'.

Alio loco Dicuil ab Honorio corrigitur. refert Dicuil (7, 23) 'in praedicta cosmographia legitur esse insula Solis quae appellatur *Perusca*, ubi Ganges intrat in mare'. apud Honorium (p. 601 Gron.) inter Oceani orientalis insulas recensetur 'Solis *perusta* insula'.

Multas autem Diculi allegationes e cosmographia desumptas apud Plinium, Solinum, Aethicum, Honorium, reliquos antiquitatis geographos frustra quaesivi.

Maioris momenti excerpta sunt ex opere missorum Theodosii deprompta.

Multo antequam Dicuili liber integer a Walckenaerio publicatus esset, duodecim versus heroici missorum Theodosii (5, 4) eruditis innotuerant. meminit eorum Marcus Velserus in epistula ad Josephum Scaligerum

anno 1599 data, eosque cum Matthia Radero communicavit, a quo in historia Theodosii iunioris, Monachii 1614 edita, publici iuris facti sunt; paullo post Jacobus Gothofredus e codice Parisiensi 4806, a se inspecti, typis eos mandavit in comment. ad l. 10 cod. Theodosiani de metatis. alia quibus versus isti offenduntur opera recensuit Gerardus Meermannus. (Burmann anthol. lat. t. 2 p. 392) e Gothofredo citantur a Wesselingio in praefatione ad Jtineraria ... 'quod ipsum evidentissime liqueret, si plura ex illis schedis Jac. Gothofredus excerpsisset; editas enim habemus, ut contendendi sit facultas, ab Emm. Schelstrateno t. II Ant. Eccles. p. 525'. ibi autem legitur 'Dimensuratio provintiarum e codice Vaticano 244', neque hoc loco neque in toto Schelstrateni libro sermo est de missis Theodosii vel de duodecim istis versibus, quare fides habenda Meermanno asserenti de Schelstrateni opere 'quo libro nec Wesselingio nec mihi potiri licuit'.

Salmasius missorum Theodosii mentionem fecit aliquoties in exercitationibus Plinianis. Fr. Christophorus de Scheyb in praefatione

ad Tabulam Peutingeranam (1753. p. 25) excerpta nonnulla Schöpflini e Dicuili codice Parisiensi 4806 typis expressit. denique duodecim versus heroici leguntur apud Wernsdorfium poet. lat. min. t. 5, 1 p. 533.

Terrae mensuram a Theodosio institutam cum praeter Dicuilum nemo memoret, dubium fuit, an Theodosius I aut II operis auctor habendus sit; identidem ambigebatur, an versus 7 'ter quinis aperit cum fascibus annum' ad consulatum aut ad imperatoris regnum spectet. Meermannus 'fascibus' mutavit in 'fastibus', adhibito Lucani versu (10, 187)

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

Sed nihil mutandum. apud Dicuilum 'fascibus' ab omnibus tuetur codicibus, et simili modo apud Aethicum (p. 705 Gron.) legitur 'Caesar cum consulatus sui fasces erigeret'. si igitur fasces de consulatu usurpare quis velit, versus septimus non ad Theodosium I referendus, quater tantum consulatu functum, sed ad Theodosium II, quintum decimum consulatum anno 435 p. C. n. ineuntem.

Hanc dubitationem sustulerunt Dicuili verba, in initio operis (1, 1) posita 'in quinto-

decimo anno *regni* imperatoris Theodosii praecepit ille suis missis provintias mensurari', sed de imperatore nihil certi affirmari potest. Theodosii I annus decimus quintus incidit in annum 393 p. C. n., Theodosii II in annum 422.

Theodosium I, Magni cognomine insignitum, biennio ante mortem totius orbis mensurationem decrevisse, a vero haud alienum esse videtur; eo spectant v. 1 'quo mundi summa tenetur', v. 5 'totus quem vix capit orbis'. v. 10 'totum comprendimus orbem'. missorum autem versus duodecim (5, 5) nonnisi ad tabulae confectionem esse referendos liquet; ingens mensurationis labor nequaquam 'mensibus exiguis' (v. 9) finiri poterat. tabulam istam coloribus distinctam fuisse docet versus 8 'dum scribit pingit et alter'. quae versu 9 memorantur 'veterum monumenta' pertinere videntur ad Augusti chorographiam et ad tabulas geographicus Ptolemaei, cuius in Dicuili opere nullam extare mentionem iure mireris.

Jn emendando Dicuili libello usui mihi fuerunt codices tres:

D = Dresdensis Regius D. 182. membraneus, scriptus circa annum millesimum, de quo cf. praefat. ad Jtiner. Antonini edid. Parthey et Pinder pag. XVIII. XIX. hunc codicem ipse excussi.

P = Parisiensis Jmperialis 4806, membraneus, saec. X, a Walckenaerio et Letronnio adhibitus, rogatu meo a Paulo Meyer denuo inspectus.

V = Venetus Marcianus. Classis X. cod. LXXXVIII (XCVII. 2.) membraneus, saec. XV, quem Josephus Müller cum Letronnii editione accurate contulit.

Horum codicum auctoritatem ubi deseruerim in notis indicavi.

Reliquos serioris aevi et minoris pretii codices in auxilium vocare haud operae pretium visum est; sunt fere hi:

Matritensis Q. 129. saec. XIV vel XV. cf. praef. ad Jtin. Anton. p. XX,

Monacenses tres:

a) Palatinus 291, anni 1542,

b) Victorianus 99, anni 1436,

c) Jesuiticus 13, saeculi XVI,

Oxoniensis Canonicianus, saec. XV,
Romanus Barberinianus 809, saec. XVI,
Vindobonenses tres:
a) Endlicher 331, saec. XVI,
b) Endlicher 332, saec. XVI,
c) Endlicher suppl. 14, saec. XV.

Dabam Berolini,
mense Octobri 1869.

Gustavus Parthey.

INCIPIT PROLOGVS LIBRI DE MENSVRA ORBIS TERRAE.

Prol. 1 Post congregatam epistolam de quaestionibus decem artis grammaticae cogitavi ut liber de mensura provintiarum orbis terrae sequeretur, secundum illorum auctoritatem quos sanctus Theodosius imperator ad provintias praedictas mensurandas miserat, et iuxta Plinii Secundi praeclaram auctoritatem ipsarum dimensionem volo supplens ostendere.

2 Sed duabus causis contra temporum rationem scripturam missorum Theodosii verbis Plinii Secundi ordine scribendi praepono, eo quod illi in duodenis novissime versibus diligentius antiquis fecisse affirmant et quod exemplaria codicum naturalis historiae Plinii Secundi, quae scrutatus

2 decim *D* 3 provintiarum] *sic P*, prouinciarum *DV*; *in sequentibus DP plerumque* prouintia, *V nonnunquam etiam* prouincia, *quod semel monuisse sufficit.* 8 dimissionem *D V*

fui, nimis a scriptoribus ultimorum temporum dissipata praevidi.

Prol. 3 Sermones quidem praedictorum missorum, quia nimis vitiose scripti sunt, quantum potero corrigere curabo.

4 At ubi in libris Plinii Secundi corruptos absque dubio numeros fieri cognovero, loca eorum vacua interim fore faciam, ut, si non invenero certa exemplaria, quicumque reppererit emendet. nam ubi dubitavero utrum certi nec ne sint numeri, sicut certos crassabo, ut praedictus quisquis veros viderit veraciter corrigat.

5 Nulli stuporem praebere debet, quando numerus milium inter Plinium Secundum et missos imperatoris dissentit. quoniam illi, sicut praedixi, quod intentius vere hoc opus perfecerunt quam veteres, testantur.

6 I. de Europa.
II. de Asia.
III. de Africa.

4 nimis] *sic Walck.*, minus *codd.* 5 potuero *D V* 6 7 corruptus *codd.* 10 reppererit] *sic D P Walck.*, repererit *Letr.* || emende *V* 12 certos crassabo] *sic codd.*, certos crassabor *Walck.*, caeteros cassabo *Hase*, *Roquefort*, *Letr.* 12 13 praedictus quisquis veros viderit] si quisquis meliora exemplaria invenerit. *6, 1.* 13 uero (*corr. pr. man.* ueros) *D* 15 milium] *sic D V Walck.*, millium *Letr.*; *et sic porro* 17 praedixit *D*

IV. de Aegypto atque Aethiopia cum illius insulis. Prol. (6)

V. de longitudine ac latitudine orbis terrae versibusque missorum.

VI. de quinque fluminibus et aliis.

VII. de aliquibus nominatim insulis.

VIII. de latitudine et longitudine Tyrrheni maris.

IX. de sex montibus.

Jn quinto decimo anno regni imperatoris Theodosii praecepit ille suis missis provintias orbis terrae in longitudinem et latitudinem mensurari. 1, 1

Terrarum orbis tribus dividitur nominibus, Europa, Asia, Libia: quod divus Augustus primus omnium per chorografiam ostendit. 2

Principium ergo erit omnibus ab Europae freto quemque locum Graeci Heracleostelas appellant. Hispaniarum igitur 3

1 egypto *V et sic in sequentibus* ‖ ethiopia *V et sic porro* 3 ac] at *D* 7 8 tyrreni *D*, terreni *V* 15 Libia] *sic codd.*, Lybia *Walck.*, Libya *Letr.* ‖ quod] quem *D V* 16 chorographiam *Letr.* 19 20 Heracleostelas] heracleos telas *D V Walck.*

provintiae tres ex eo loco ad montes Pyrreneos per milia passuum DCCCC in longitudinem porriguntur. eademque latitudo in austro. sed qua contrahitur CCC passuum videtur ita proxima a Pyrreneis montibus.

1, 4 Citerior Cordubensis Bethica. prima itaque provintia finitur ab oriente saltu Cartaginiensi et Aquitania, ab occidente oceano, a septentrione flumine Ana, a meridie mari Celtiberico.

5 Hispania Lusitania cum Asturica et Galletia finitur ab oriente Noecantrum, quae est ad mare oceanum in directa regione, ab occasu afflatacum, a septentrione oceano, a meridie flumine Ana. patet in longitudinem milia passuum CCCCLXXX, in latitudinem CCCCL.

1 2 Pyrreneos] *sic D*, pyrrenaeos *P*, pyreneos *V* 2 3 longitudine *D V* 3 porrigitur *P* 4 qua] quia *D V* 5 Pyrreneis] *sic D Walck.*, pyrrenaeis *P*, pyrenaeis *V Letr.* 7 Citerior] ulterior *Letr.* ‖ Bethica] *sic D V Walck.*, baethica *P*, Baetica *Letr.* 8 saltu] situ *Letr.* 9 Cartaginiensi] *sic D P Walck.*, cartaginensi *V*, Carthaginiensi *Letr.* ‖ Aquitania] Mavitania *Letr.* 10 septemtrione *D et sic porro* 13 Galletia] *sic D P*, gallecia *V*, Gallaetia *Letr.* ‖ Noecantrum] Noica Cantabrum *Voss.*, Noica Asturum *Letr.* 14 directa] dicta *Voss.* 15 afflatacum] *sic D P*, afflatu cum *V*, afflata *Walck.*, Atlantico *Voss. Letr.*

Hispania ulterior finitur ab oriente saltu Pyrreneo, ab occidente Noica quae est ad oceanum in directa, a septentrione oceano, a meridie mari Celtiberico. longitudo D, latitudo CC.

1, 6 Gallia Comata cum insulis Brittanicis finitur ab oriente flumine Rheno, ab occidente Pyrreneo, a septentrione oceano mari, a meridie Rhódano et montibus Cebennicis. longitudine mil. pass. DCCCCXXVIII, latitudine CCCLXIII. iuxta Plinium Secundum in quarto libro in longitudinem DCCCCXX, in latitudinem CCCVIII.

7 Provintia Narbonensis finitur ab oriente Alpibus, ab occidente saltu Pyrreneo, a septentrione finibus Viennensium et montibus Cebennicis, a meridie mari Gallico. longitudo milia passuum CCCXXXIV, latitudo CLXXXVIIII. iuxta Plinium Secundum in eodem longitudinem provintiae Narbonensis CCCLXX passuum Agrippa tradidit, latitudinem CCCXLVIII.

1 ulterior] citerior *Letr.* 2 Pyrreneo] *sic D V Walck.*, pyrrenaeo *P*, Pyrenaeo *Letr. et sic deinceps* 4 mari *om. editi* || longitudo *om. codd., add. Letr.* || *post* D *editi addunt* m. p. 5 *post* CC *Walck. add.* m. p. 6 Brittanicis] *sic codd.*, Britannicis *Letr.* 9 rodano *V* 10 mil. pass. *om. Letr.* 11 Plinium] *cf. Plin. 4, 105, ubi numeri a sequentibus diversi leguntur.* 13 latitudine *D* 15 hoccidente *D* 21 passuum *om. Letr.* || Agrippa] *apud Plin. 3, 37.*

1, 8 Jtalia finitur ab oriente mare Ponto, ab occidente Alpibus et flumine Taro, a septentrione mari Adriatico et flumine Arsia, a meridie mari Tyrrhenico. longitudo decies centum, latitudo CCCCXX, qua contrahitur LX, iuxta Plinium Secundum in eodem.

9 Jtalia dein primumque eius Liguria, mox Etruria, Umbria, Latium: ibi Tyberina ostia et Roma terrarum·caput XVI milium passuum intervallo a mari. Volscum postea litus et Campania: Picentinum inde ac Lucanum Brutuumque, quo longissime in meridiem ab Alpium pene lunatis iugis in maria excurrit Jtalia. ab eo Greciae ora, mox Salentini, Peduculi, Apulii, Pe-

1 mare Ponto] mari Jonio *Letr.* 2 Taro] *sic DP Walck.*, tare *V*, Varo *Letr.* 4 tyrrhennico *D Walck.*, tirrhenico *V* 4–6 longitudo — eodem] *accuratiores sunt numeri infra (6, 18 sqq.) e Plinio allegati.* 5 6 *post numeros editi addunt* m. p. 7 Jtalia – p. 9, 3 Liburni] *cf. Plin. 3, 38* 7 dein — Liguria] dehinc primique eius Ligures. *Plin.* 8 et truria *DV* ‖ umbra *V* 8 9 Tyberina] *sic DV Walck.*, tyberiana (*corr.* tyberina) *P*, Tiberina *Letr.* 9 10 milium *addidi e Plinio.* 10 Volscorum *Letr. cum Plinio* 11 Campaniae *Letr. cum Plinio.* 12 ac] ad *V* ‖ Brutuumque] brutuum que *D*, bruttuum que *PV*, Brutiumque *Walck.*, Bruttiumque *Letr. cum Plinio* 13 pene] fine *Walck.* ‖ lunatis] *sic editi*, lucratis *DV*, luratis *P* 14 Jtalia] *sic editi*, italiae *DP*, italie *V* ‖ eo] *sic Letr.*, ego *codd.*, Egeo *Walck.* ‖ Greciae] *sic DP*, grecie *V*, Graeciae *editi, et sic porro.* 15 mox] morum *V* ‖ Pediculi *Letr. cum Plinio*

ligni, Freniani, Marrucini, Vestini, Abini, Picentes, Galli, Umbri, Tusci, Veneti, Carni, Lapudes, Histri, Liburni.

Jdem post pauca: longitudo Jtaliae de- 1, 10
cies centena et XX mil. passuum. multo amplior mensura fieret Lacinium usque, ni talis obliquitas in latus digredi videretur. latitudo eius varia est, CCCCX milium inter duo maria, Inferum et Superum, amnesque Varam atque Arsiam.

Rhetia minor, Noricus, Pannonia, Jlli- 11
ricum, Dalmatia, Liburnia finiunt ab oriente Dardania, ab occidente flumine Rheno, a septentrione flumine Danubio, a meridie mari Adriatico. longitudo m. pm. DCXXXIII, latitudo CCCXXI.

Epirus, Achaia, Attica, Thessalia. hae 12
finiuntur ab oriente mari Aegaeo, ab occidente mari Adriatico, a septentrione montibus Cercerio, Olympo, Pelio, a meridie

1 Freniani] *sic D V Walck.*, frenāni *P*, Frentani *Letr. cum Plinio* || uestim *V* || Abini] Sabini *Letr. cum Plinio* 3 Lapudes] Japydes *Letr. cum Plinio* 4 Jdem] *cf. Plin. 3, 43* 5 mil. *om. codd.* 6 Lacinium] *sic editi cum Plinio*, si a Lacinio *codd.* 10 Varam] Varum *Letr. cum Plinio* 11 Rhetia] *sic D P*, rhecia *V*, Rethia *Walck.*, Rhaetia *Letr.* || mitior *D*, micior *V* 11 12 Jlliricum] *sic D V*, illyricum *reliqui* 13 reno *V* 17 Epirus] *sic editi*, Pyrus *D V*, pirus *P* || thessalica *D V* || hec *V* 18 egeo *D V* 19 hadriatico *D P* 20 Cercetio *Letr.*

ab Egeotusco mari. patens in longitudinem m. p. CCCCX, in latitudinem CCCLXXV. iuxta Plinium Secundum in quinto in longitudinem m. p. CCCCXXX, in latitudinem CCCLXXXVII.

1, 13 Macedonia, Tracia, Hellespontus et pars sinistrior Ponti. haec finiuntur ab oriente mari Pontico, ab occidente desertis Dardaniae, a septentrione flumine Histro. patent in longitudinem m. pm. DCCXX, in latitudinem CCCLXXXI iuxta Plinium Secundum in eodem.

14 Promuntorium Crysone aeras, in quo oppidum Byzantium liberae conditionis, antea Logos dictum, abest a Dyrrachio DCCXI passuum. tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare et Propontidem.

1 Egeotusco] *sic P*, eutusco *D*, eutusio *V*, Aegaeotusco *Letr.* ‖ patent *P editi* 3 Plinium] *mensuras sequentes apud Plinium frustra quaesivi* 4 m. p. *om. PV* ‖ CCCCXXX in latitudinem *om. V* 6 Tracia] *sic DV*, trachia *P*, Thrachia *Walck.*, Thracia *Letr.* 7 sinisterior *DV* ‖ hec *D*, he *V* 9–12 patent–eodem] *apud Plinium non leguntur* 9 10 patens *DV* 10 longitudine *V* ‖ m. pm.] mp *V* 13–18 *cf. Solin. 10, 17* 13 Promuntorium] *sic PV*, promunctorium *D*, Promontorium *Letr.* ‖ Crysone aeras] *sic DP*, crusone aenas *V*, Chryseon Ceras *Letr.*, Ceras Chryseon *Solin.* 14 librae *D*, libre *PV* 15 Lygos *Letr. cum Solino* 16 passuum *om. V* 17 adrraticum *D*

1, 15 Germania omnis et Gothia finiuntur ab oriente flumine Hiustia, ab occidente flumine Rheno, a septentrione oceano, a meridie flumine Danubio. patens in longitudinem m. pm. circiter DCCC, in latitudinem CCCLXXXIIII.

16 Datia et Alania finiuntur ab oriente desertis Sarmatiae, ab occidente flumine Hiustia, a septentrione oceano, a meridie flumine Histro. patens in longitudinem decies centum milia, latitudo qua cognoscitur CCCLXXXVI, iuxta Plinium Secundum in secundo.

17 Agrippa totum eum tractum ab Histro ad oceanum bis decies centum milium passuum in longitudine, quattuor CCCC milibus in latitudine ad flumen Hiustia a desertis Sarmatiae prodidit.

18 Sarmatia, Scithia, Taurica. hae finiun-

1 omnis et] omnisque *D V* ‖ Gotthia *Letr.* 2 Hiustia] Vistla *Letr.* 3 reno *V* 4 patent *editi* 7 Datia] *sic P*, dathia *D V*, Dacia *Letr.* 8 samartie *V* 9 Hiustia] Vistla *Letr.* 10 patens – 13 secundo] *apud Plinium non leguntur* 10 patent *editi* ‖ longitudine *D V* 12 *post* cognoscitur *editi add.* m. p. 14 Agrippa — 18 prodidit] *Plin. 4, 81* 14 eum] ēē *i. e.* esse *V* 15 deciens *Plin.* 16 quattuor CCCC milibus] IV CCCC milium *Plin.* ‖ quattuor] *sic D*, quatuor *reliqui* 17 Hiustia] Vistlam *Letr. cum Plinio* 18 sarmacie *V* 19 sarmacia *V* ‖ Scithia] *sic dedi*, scythia *codd. et editi* ‖ hae] hec *V*

tur ab oriente iugis montis Caucasi et mari Caspio, ab occidente flumine Boristhene, a septentrione oceano, a meridie provintia Pontica. longitudo m. p. DCCCCLXXX, latitudo DCCXV.

1, 19 Armoenia maior et mare Caspium quae circa gentes sunt ad oceanum, finiuntur ab oriente oceano Serico, ab occidente iugis montis Caucasi et mari Caspio, a septentrione oceano, a meridie monte Tauro. in longitudinem m. p. CCCCLXXX, in latitudinem CCLXXX.

2, 1 Asiae pars citerior finitur ab oriente litoribus Asiae, ab occidente Grecia, a septentrione mari Aegeo, a meridie Cretico et Carphatico. longitudo m. p. DCC, latitudo CCCC.

2 Asiae pars superior finitur ab oriente Armoenia minore, ab occidente finibus Phrigiae, Licaoniae, Pamphiliae, a septen-

2 Boristhene] *sic dedi*, boristene *codd.*, Borysthene *Letr.* 6 Armoenia] *sic DP*, armenia *V Letr.* || *ante* quae *Salm. et Letr. add.* et 9 montibus *D V* 13 citeriae *D* 14 litoribus] finibus *Salm. Letr.* || *post* Asiae *Letr. add.* superioris 15 Aegeo] *sic DP*, egeo *V*, Aegaeo *Letr. et sic deinceps* 16 Carphatico] *sic PV*, carpbatico *D*, Carpatico *Letr.* 19 Armoenia] *sic P*, armeni : *D*, armenia *V Letr.* || minore] unore (*corr.* munore) *D* 20 phrrgiae *D*, phrygie *P V*, Phrygiae *editi* || Licaoniae] *sic P V*, lycaoniae *reliqui* || Pamphyliae *Letr.*

trione provintia Pontica, a meridie mari Pamphilico quod inter Cyprum et Ciliciam est. longitudo m. pm. DXXX, latitudo CCCXX, iuxta Plinium Secundum in quinto.

2, 3 Et quae proprie vocatur Asia, in duas eam partes Agrippa divisit. unam inclusit ab oriente Phrigia, Licaonia, ab occidente mari Aegeo. huius longitudinem CCCCLXX, latitudinem CCCXX fecit. alteram determinavit ab oriente Armoenia minore, ab occidente Phrigia, Licaonia, Pamphilia, a septentrione provintia Pontica, a meridie mari Pamphilico: longitudinem DLXXV m. p., latitudinem CCCXXV.

4 Syria finitur ab oriente flumine Euphrate, ab occidente mari Aegyptio, a septentrione mari quod inter Cyprum et Syriam est, a meridie Arabia quae est inter mare Rubrum et sinum Arabicum. huius

2 Pamphylico *Letr.* 3 longitudo – 4 quinto] *apud Plinium non leguntur* 5 – 14 *cf. Plin. 5, 102* 5 et quae] atque (*corr. sec. man.* ea que) *V* 6 eam *om. P* 7 phrygia *P Letr.* ‖ Licaonia] *sic dedi,* lycaonia *codd. et editi* 8 mare *DP* ‖ *post* Aegaeo *legitur apud Plinium* a meridie Aegyptio, a septentrione Paphlagonia 9 *post* CCCCLXX *Letr. add.* m. p. 10 Armoenia] *sic DP,* armenia *V Letr., et sic in sequentibus* 11 Phrygia *editi* ‖ Licaonia] *sic V,* licaonica *DP,* Lycaonia *editi* ‖ Pamphilia] a pamfilia *DV* 13 Pamphylico *Letr.* ‖ longitudinem] longam *Plin.* ‖ m. p. *om. PV* 14 latitudinem] latam *Plin.* 15 16 eufrate *DV*

spacium patet in longitudinem CCCCLXX, in latitudinem CLXXV.

2, 5 Arabia Eudemon Plecmea inter duos sinus, Arabicum et Persicum, itemque citra Arabicum Trogoditen Arabiam Aegypto proxima. hae finiuntur ab oriente solis sinu Persico, ab occidente Nilo, a septentrione Pharon et Vab Arabia, a meridie oceano Erithro. patet in longitudinem m. pm. decies centum LX, in latitudinem DCCCCXXX.

6 Mesopotamia, Babillonia, Chaldea finiuntur ab oriente flumine Tigri, ab occidente flumine Euphrate, a septentrione monte Tauro, a meridie mari Persico. longitudo m. p. DCCCC, latitudo CCCLX: iuxta Plinium Secundum eadem mensura est.

7 Moedia, Parthia, Persis finiuntur ab oriente flumine Jndo, ab occidente flumine

1 spacium] *sic V,* spatium *reliqui* ‖ longitudine *PV* 2 latitudine *PV* 3 Eudaemon *Letr.* ‖ Phlecmea *Walck.* Phlegmaea *Letr.* 5 Trogodyte *Walck.*, Trogodytis *Salm. Letr.* ‖ Arabia *editi* 8 Pharan *Letr.* ‖ Vab] Petraea *Salm.*, Nabathaea *Letr.* 9 Erithro] *sic DP,* crithro *V,* Erythraeo *Letr.* ‖ longitudine *codd.* 9 10 m. pm.] milia passuum *Walck.*, millia passuum *Letr.* 10 latitudine *codd.* 12 Babillonia] *sic DP,* babilonia *V,* Babylonia *Letr.* ‖ Chaldaea *Letr.* 13 trigri *D* 15 longitudo – 17 est] *apud Plinium non leguntur* 18 Moedia – p. 15, 4 est] *cf. Agrippa apud Plin. 6, 137; sed discrepant numeri* 18 Moedia] *sic DP,* media *V editi* ‖ phartia *D*

Tigri, a septentrione monte Tauro, a meridie mari Rubro. longitudo m. pm. DCCCCXX, latitudo CCCCXXI: iuxta Plinium Secundum eadem mensura est.

2, 8 Jndia ulterior finitur ab oriente flumine Gange et oceano Jndico, ab occidente flumine Jndo, a septentrione monte Tauro, a meridie oceano Jndico. longitudo decies centum milia, latitudo trigies XXX.

3, 1 Gaulalia et Mauritania finiuntur ab oriente flumine Amsaga, ab occidente oceano Athlantico, a septentrione mari Africo, a meridie mari oceano Aethiopico. in longitudinem m. p. CCCCLXII, in latitudinem duodecies XXX. iuxta Plinium Secundum in tertio utriusque Mauritaniae longitudo m. p. CCCCLXXX, latitudo CCCLXVIII.

2 Numidia et Africa Cartaginensis finiuntur ab oriente Syrti minore, ab occidente flumine Amsaga, a septentrione mari Africo,

1 trigri *D* 6 Gange] grande *D V* 6 ab occidente –8 Jndico] *om. V* 9 10 trigies (c *supra* g) *V* 11 gaulia *P* 12 Ampsaga *Letr.* 13 Atlantico *Letr.* 15 longitudine *codd.* 15 16 latitudine *codd.*, *et sic nonnumquam* 16 iuxta–18 CCCLXVIII] utriusque Mauretaniae longitudo X̄ . XXXVIII M, latitudo CCCCLXVII M. P. *Plin. 5, 21* 17 tertio] quinto *Letr.* || mauritanie *P*, mauritania *D V* 19 Carthaginensis *Letr.* 21 Ampsaga *Letr.*

a meridie oceano. longitudo DLXXX m. p., latitudo CC: iuxta Plinium Secundum eadem mensura est.

3, 3 Jdem dicit in sexto: Africae (ut media ex omni varietate prudentium sumatur computatio) efficit longitudo C trigies et quater et LXXVIII mil. passuum, latitudo qua colitur nusquam CCL excedit.

4 · Mensuram Tripolitanae provintiae inter duas Syrtes, et mensuram Libiae Cirinaciae cum sua Pentapolitanae provintia nequaquam adhuc scriptam repperi secundum Theodosii missos.

4, 1 Aepyptus inferior finitur ab oriente Scenitarum Arabia Trogodite, ab occidente Libia deserta, a septentrione mari Aegyptio, a meridie Aethiopia. longitudo m. pm. CCCLXIIII, latitudo CLXVII, iuxta Plinium Secundum in eodem.

1 longitudo – 3 est] *Plin. 5, 25* 1 m. p. *om. PV* 2 Secundum] *sic D, om. PV editi* 4 Jdem] *Plin. 6, 208* 5 prudentium] *sic DP,* prudencium *V,* prodentium *editi cum Plinio* 6 7 trigies et quater et LXXVIII] XXXVII. XCIV *Plin.* ‖ quater] quat' *V,* quat̄. *P* 7 mil. *om. codd.* 10 Libyae *Letr.* 10 11 Cirinaçiae *sic Walck.,* cyrinacae *DP,* cyrinace *V,* Cyrenaicae *Letr.* 11 Pentapolitana *editi* 12 reperi *V Letr.* 15 Trogodyte *Letr.* ‖ Libia] *sic V,* lybia *DP,* Libya *Letr.* 16 egypcio *V,* aegeo *P* 17 longitudo – 19 eodem] *apud Plinium non inveni.*

Longitudinem Aegypti superioris cum 4, 2
sua Aethiopia C decies et quater et semel LXX passuum, latitudinem Aethiopiae et Aegypti superioris DCCCCLVII passuum Agrippa existimavit.

Aethiopia ab oriente hiberno ad occi- 3
dentem hibernum. meridiano cardine silvae ebeno maxime virent. a media eius parte imminens mari mons excelsus aeternis ardet ignibus, Theonocemma dictus a Grecis, a quo navigatione quatridui promuntorium Hesperuceras vocatur, confine Africae iuxta Aethiopas Hesperios. quidam et in eo tractu modicos colles amoena opacitate vestitos Aegipanum Satirorumque produnt. insulas toto eo mari et Ephorus complures esse tradidit et Eudoxus et Timostenes, Clitarchus vero Alexandro regi renuntiat . . . .

1 Longitudinem – 5 existimavit] *cf. Plin. 6, 196, sed discrepant numeri* 6 – 19 *cf. Plin. 6, 197. 198* 6 Aethiopia] Sita est Aethiopia *Plin.* 6 7 ad occidentem] *sic editi,* ab occidentem *P,* ab orientem *D,* ad orientem *V* 7 8 sylvae *Letr.* 8 ebeno] *sic corr. P editi,* eueno *reliqui* 10 ardent *V* ‖ Theonochema *editi cum Plinio* 11 12 promuntorium] *sic PV,* promontorium *reliqui* 13 hesperij ceras *V* 15 opacitate] *sic Letr. cum Plin.,* capatitate *codd.,* capacitate *Walck.* ‖ satyrorumque *editi* 17 18 Timosthenes *Letr.* 18 Clitarchus] *sic Letr.,* clitharcus *DP,* clitharchus *V* 19 *post* renuntiat *lacunam indicavi; Plinius (6, 198) nonnulla, a Dicuilo perperam omissa addit*

5, 1 Jdem dicit in tertio: pars nostrarum terrarum de qua commemoro, ambienti ut dictum est oceano velut innatans, longissime ab ortu ad occasum patet, hoc est ab Jndia ad Herculis columnas Gadibus sacratas, centum mil. sexagies et sexies et XXXta simpliciter triginta milia passuum, ut Artemidoro auctori placet.

2 Jdem post pauca dicit: latitudo autem terrae a meridiano situ ad septentriones dimidio ferme minor colligitur trigies atque ter et XLVIII simpliciter milia passuum. quo palam fit, quantum et hinc vapor abstulerit et illinc liquor. neque enim deesse terris arbitror aut non esse globi formam, sed inhabitabilia utrimque incomperta esse.

3 Si numeremus praescriptam longitudi-

1 Jdem – 8 placet] *Plin. 2, 242* 1 tertio] secundo *Letr.* ‖ nostrarum] nostra *Plin.* 2 commemoro] memoro *Plin.* 6 sacratis *codd.* 7 simpliciter triginta *om. Plin.* 8 arte idoro *V* 9 Jdem – 17 esse] *Plin. 2, 245* 10 a *om. codd.* ‖ septentrionem *editi* 11 minor] *om. codd., addidi ex Plinio* ‖ colligitur] colligit cum *codd.* 12 simpliciter *om. Plin.* 14 liquor] rigor *Plin.* 16 utrimque] *sic D,* utrumque *P V Letr.* 18 Si numeremus – p. 19, 8 caloris] Dicuili in numeris errorem bene explicavit Letronnius. (p. 81) quae apud Plinium (*2, 242*) legitur terrae longitudo est LXXXV . LXXVIII mil. passuum, i. e. octuagies quinquies centena septuaginta octo (8578). Dicuil autem numeros LXXXV et LXXVIII inter se multiplicavit, quae

nem ab orientali parte Jndiae usque ad Gades insulas per miliaria signa, verbi gratia per . lapides miliarios terminantes singuli singula, milia passuum $\overline{\text{VI}}$ et DCXXX erunt, latitudinem vero a septentrionali in australem $\overline{\text{III}}$ et CCCXLVIII, praetermissis praedictis partibus intolerabilis frigoris atque caloris.

Mensuratio orbis terrae finit.

Duodecim versus praedictorum missorum de imperante Theodosio hoc opus fieri incipiunt: 5,4

Hoc opus egregium, quo mundi summa tenetur, 1
Aequora, quo montes, fluvii, portus, freta et urbes 2
Signantur, cunctis ut sit cognoscere promptum, 3
Quicquid ubique latet, clemens genus, inclita proles, 4

efficiunt 6630. terrae latitudo est apud Plinium (*2, 245*) $\overline{\text{LIIII}}$. LXII m. p. i. e. quinquagies et quater centena et sexaginta duo. (5462) apud Dicuilum numeri LIIII et LXII inter se multiplicati efficiunt 3348.

4 $\overline{\text{VI}}$] *sic Letr.*, $\overline{\text{VII}}$ *codd.* 6 *post* CCCXLVIII *Letr. add.* m. lapidum 7 intollerabilis *D* 11 impetrante *V* ‖ fieri] feliciter *Meermann* 13 mundi quo summa *Pithoeus* 15 aequora quo et montes *Pithoeus* 20 inclyta *Letr.*

5 Ac per saecla pius, totus quem vix capit orbis,
6 Theodosius princeps venerando iussit ab ore
7 Confici, ter quinis aperit cum fascibus annum.
8 Supplices hoc famuli, dum scribit pingit et alter,
9 Mensibus exiguis, veterum monumenta secuti,
10 Jn melius reparemus opus culpamque priorem
11 Tullimus ac totum breviter comprendimus orbem:
12 Sed tamen hoc tua nos docuit sapientia, princeps.

5, 5 Non debet mirari quod in primo loco septimi et octavi versus istorum amphimachrus scriptus est, quoniam ut reor non imperitia sed auctoritate aliorum poetarum et maxime Virgilii, quem in talibus causis noster simulavit Sedulius, qui in heroicis carminibus raro pedes alienos ab illis posuerunt.

1 secla *V* 5 confici ter] conficitur *V*, conficier *Pithoeus* ‖ fastibus *Letr.* 7 supplice *Pithoeus* 9 monimenta *P V* 11 reparamus *Letr.* 13 tollimus *Letr.* 13 14 comprehendimus *P V* 18 versus] versuum *Meermann* 18 19 amphimacrus *Letr.* 19 ut] id *Meermann* 20 inpericia *V*, inperitia *P*

Juxta Plinium Secundum numerorum 6, 1
loca quae in prologo praedixi relinquere vacua, repertis illis supplevi. sed si quisquis meliora exemplaria invenerit, videat si placuerit ne piger corrigere fuerit.

Plinius Secundus in quinto de flumine 2
Nilo haec narrat: proxima Africae colitur Aegyptus introrsus ad meridiem recedens, donec a tergo praetendantur Aethiopes. inferiorem eius partem Nilus dextra levaque divisus amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco, CCLXX milium passuum intervallo. quam ob causam inter insulas quidam Aegyptum retulere, ita se findente Nilo ut triquetram terrae figuram efficiat: ideoque multi grecae litterae vocabulo Delta appellavere
Aegyptum. mensura ab unitate alvei, unde 3
se primum findit in latera, ad Canopicum ostium CLXVI passuum, ad Pelusiacum CLXVI pass. summa pars contermina Aethiopiae Thebais vocatur.

2 in prologo] *cf. prol. 4* 7 proxima – 22 vocatur] *Plin. 5, 48* 7 incolitur *Letr. cum Plinio* 13 CCLXX milium] *sic dedi,* $\overline{CCLXX}$ *codd.,* CCLXX milia *Walck.,* CCLXX millia *Letr.* 15 retulere] retule *D V* ‖ ita] in *V* ‖ ut triquetram] *sic editi,* utrumque iam *codd.* 16 multi] multa *DV* 17 appelluere *P,* appellauere uere *V* 19 ad] et *DV* 20 hostium *D* ‖ CLXVI] CXLVI *Plin.* 21 CLXVI] $\overline{CC}$LXVI *D V* ‖ *post* CLXVI pass. *Plin. add.* est

6, 4 Nilus incipit crescere a luna nova, quaecumque post solstitium est, sensim modiceque cancrum sole transeunte, abundantissime autem leonem, et residit in virgine isdem quibus accrevit modis. in totum autem revocatur intra ripas in libra,
5 ut tradit Herodotus, centesimo die. quo crescit, reges aut praefectos navigare eo nefas diiudicatum est. auctus per puteos mensurae notis deprehenditur. iustum incrementum cubitorum XVI est. minores aquae non omnia rigant, ampliores detinent tardius recedendo. hae serendi tempora assumunt solo madente, illae non dant sitiente: utrumque reputat provintia. in duodecim cubitis famem sentit, in XIII esurit: XIIII cubiti hilaritatem afferunt, XV securitatem, XVI delicias. maximum incrementum ab hoc aevo fuit cubitorum XVII Claudio

1 Nilus–p. 23, 6 auras] *Plin. 5, 57. 58* 1 a *om. Plin.* 3 modice quae *P* 5 isdem] *sic DP*, hisdem *V*, iisdem *editi cum Plin.* 7 quo] cum *Plin.* 8 aut] *sic Letr.*, autem *codd.*, autem et *Walck.* ‖ praefecti *DV* 9 iudicatum *Plin.* 10 deprehenduntur *Letr. cum Plin.* 11 est *om. P editi*; *Plinius ponit ante* cubitorum 13 hae serendi] *sic Letr. cum Plin.*, herendo *codd.*, haerendo *Walck.* 14 apsumunt *Plin.* ‖ non dant] inundant *V* 15 utrumque] *sic Letr.*, utrimque *codd.* ‖ reputatur *P* 16 *post* XIII *Plinius addit* etiamnum 17 cubita *Plin.* 18 incremııııı *D* 19 ab] =d *D*, ad *Letr. cum Plinio* ‖ hoc] hııı *D* ‖ aevi *Letr.* ‖ XVII] XVIII *Plin.* ‖ Claudio] Clıııııııı *D*

principe, minimum v Farsalico bello, veluti necem Magni prodigio quodam flumine aversante. cum stetere aquae, apertis molibus admittuntur: ut quaeque liberata est terra seritur. idem amnis unus omnium nullas expirat auras.

Julius Solinus in collectaneis de eodem 6, 6 Nilo nuntiat: Aegyptus ad meridiem introrsus recedit quoad praehendunt Aethiopes a tergo. interiorem eius partem Nilus circumfluit, qui scissus a loco cui Delta nomen est ad insulae faciem spatia amplectitur interamna et incerto pene fonte decurrens proditur, ut loquemur. originem 7 habet a monte inferioris Mauritaniae, qui oceano propinquat. hoc adfirmant punici libri, hoc Jubam regem accipimus tradidisse. igitur protinus lacum efficit, quem Nilidem dicunt. Nilum autem iam inde esse coniciunt, quod hoc stagnum herbas,

1 Pharsalico *Letr.* 2 Magni] *sic Letr. cum Plinio,* magno *reliqui* 3 4 molibus] *sic corr. P Letr.,* moribus *D V,* montibus *Walck.* 4 amittuntur *V* 6 aures (*corr.* auras) *P* 8 Aegyptus – p. 25, 15 mari] *cf. Solin. 32, 1–8* 9 quoad praehendunt] *sic D,* quo apprehendunt *P V,* quoad praetendant *Letr. cum Solino* 10 inferiorem *Plin. 5, 48 et Solin.* 15 Mauretaniae *Solin.* 16 adfirmant] *sic D,* affirmant *reliqui* 19 niliden *V* 20 coniciunt] *sic P V,* coniiciunt *reliqui* 20–p. 24, 1 stagnum herbis piscibus belvis nihil minus procreet *Solin.*

pisces, belluas nihil minus procreat quam
6, 8 in Nilo videmus. quando Mauritania, unde
origo eius, a nivibus densioribus aut ym-
bribus largioribus inrigatur, inde incrementa
exundationis in Aegypto augentur. sed effu-
sus hoc lacu harenis sorbetur et cuniculis
9 cecis absconditur: deinde in Caesariensi
specu prorumpens ampliora eadem indicia
praefert quae in exortum notavimus, rur-
susque subsidit, nec se prius reddit quam
post intervalla itineris extenti contingat
Aethiopas, ubi exit et Nigrum facit fluvium,
quem supra diximus esse terminum limitis
Africani. Astapum eum inde gentes vocant,
scilicet aquam e tenebris profluentem.

10 Multas magnasque ambit insulas, qua-
rum pleraeque sunt tam diffusae et vastae

1 belluas] *sic 7, 45 et editi*, belual *codd.* ‖ nichil *V* 2 3 videmus ac si quando Mauretania, unde origo eius est, aut nivibus *Solin.* 2 Mauritania] *sic Letr.*, mauritaniae *D*, –ie *PV* ‖ unde] *sic Letr.*, undique *codd.* 3 4 imbribus *editi* 4 inrigatur] *sic DP*, irrigatur *Letr.* ‖ inde] *sic editi*, unde *codd.*, *om. Solin.* 5 augeantur *Solin.* 6 hoc lacu] a hoc lacu *D*, ab hoc lacu *V* ‖ harenis] *sic P*, arhenis *D*, arenis *reliqui* 7 cecis] *sic DV*, caecis *Letr.* ‖ Caesariensis *Letr.* 8 specu] *sic codd.*, *quod Mommsenus vindicavit Solino*, pede *Letr.* ‖ ampliora] *sic codd.*, amplior *Letr.*, ampliore *Mommsenus coniecit in Solin.* 9 exortu *Solin.* ‖ notabimus *DV* 10 11 quam post] postquam *PV* 12 Nigrim *Solin.* 14 eum] cum *V* ‖ inde gentes] indigenae *Letr.*, indigetes *Momms. coni. in Solin.* 17 diffusae et] *sic Letr. cum Solino*, diffusae (*om.* et) *codd.*, *uncis inclusit Mommsenus.*

magnitudinis, ut vix eas dierum quinque cursus praetermeet, quamvis concitus ibi feratur. nobilissima earum est Meroë, circum quam divisus dextero alveo Astisapes, levo Astabores nominantur. tunc quoque emensus magna longinqua, cum primum occurrentibus scopulis asperatur, tantis agminibus extollitur inter obiecta rupium, ut ruere potius quam manare credatur: demumque a cataracte ultimo tutus est. ita enim quaedam claustra eius Aegyptii 6, 11
nuncupant. relicto tamen hoc pone se nomine, quod Giris vocatur, mox inoffensus meat. septem ostiis conditur, in septentrionem versus excipitur Aegyptio mari.

Quanquam in libris alicuius auctoris 12
fluminis Nili partem in Rubrum mare exire nequaquam legimus, tamen affirmans Fidelis frater meo magistro Suibneo narravit coram me (cui, si profeci quicquid, post deum imputo), quod adorationis causa in

2 cursu *Solin.* 4 Astosapes *Solin.*, Astusapes *Letr.* 5 Astaboras *Letr.* || nominatur *Solin.* 7 scopolis (*corr.* scopulis) *P* || tantis *om. P* 7 8 agminibus tantis *Letr.* 10 cataracte] caracte *D V* 12 hoc pone se] *sic Solin.*, ac ponere se *codd.*, hoc priore suo *Letr.* 13 Giris] Nigris *Solin.* 14 ostiis] *sic corr. P et editi*, ostendiis *codd.* || creditur *V* || in *om. editi* 14 15 septentrionem] meridiem *Solin.* 15 *post* versus *editi add.* et 20 quicquid] *sic P V*, *erat* quidquid 21 causam *P V*

urbe Jerusalem clerici et laici .... habitaria
6, 13 usque ad Nilum velificaverunt. deinde in
Nilo longe navigando septem horrea secundum numerum annorum habundantiae, quae sanctus Joseph fecerat, de longinquo admirantes, tamquam montes viderunt, quattuor in uno loco ac tria in altero.

14 Hinc ad horrea tria miraculi causa vadentes leonem et octo homines viros atque feminas iuxta illa mortuos invenerunt. leo sua fortitudine occidit illos: illi hastis et gladiis ipsum interfecerunt, quia deserta utraque loca sunt in quibus horrea septem constructa fuerant.

15 Post haec diligenter considerando tria horrea iterum mirabantur, a principio fundamenti usque ad finem altitudinis illorum omnino lapidea fieri. illa in inferiore parte quadrata facta sunt, in superiore vero rotunda: in fine sublimitatis quasi gracile

1 Jerusalem] *sic P*, hierlm *V*, ierlm *D*, Hierusalem *Letr.* || layci *V* || *post* laici *lacunam indicavi*; *fortasse excidit* manserunt, et inde || habitaria] *sic codd.*, a Britannia *Morelli*, ab Hibernia *Letr.*, habitaria *nomen esse potest navis vectoriae*, *inter Palaestinam et Aegyptum euntis; veri simile non est, Fidelem fratrem totum iter a Britannia vel ab Hibernia usque ad Nilum per mare exegisse* 4 annorum] annæū *D* || *post* annorum *Walck. add.* et ordinem || abundantiae *editi* 6 ammirantes *V* 6 7 quattuor] *sic DP*, *erat* quatuor 16 mirabatur *P* 20 gratile *DP*

acumen habent. post haec praedictus frater 6, 16
unum latus unius horrei ab angulo usque
ad alterum pedibus quadringentis mensu-
ravit.

Deinceps intrantes in naves in Nilo 17
flumine usque ad introitum Rubri maris
navigaverunt. ex illo portu ad orientalem
plagam usque ad Moysi viam per Rubrum
mare parvum est spacium. ille mensurator
lateris horrei ire usque ad portum, in quo
introivit Moyses cum populo suo, in mare
voluit, non solum ut intrasset portum, sed
ut in eo vestigia curruum et rotarum or-
bitas Pharaonis cerneret; nautae illi non
consenserunt. latitudo maris in eodem loco
quasi VI sibi visa est. inde in occidentali 18
parte Rubri maris, hoc est in sinu exten-
dente se longe in septentrionalem partem
velivola festinatione navigaverunt. illud
est mare quod murmurantem populum
Jsrael in deserto coartavit, ne in terram
Aegypti regredi potuisset.

Non mirum est unum fluvium in diversa 19
flumina dividi, cuius latitudo maxime in

8 Moysi] *sic codd.*, Moysii *Walck.*, Moysis *Letr.*
9 spatium *editi* 11 suo populo *V* 15 conserunt *V*
21 coarctavit *Letr.*

Aegypto magno ponto comparatur, ut Priscianus in tertio decimo libro parabolando dicens monet: ut si aspicientes mare dicamus talem esse Nilum.

6, 20 Hodie in cosmographia, quae sub Julio Caesare et Marco Antonio consulibus facta est, scriptam inveni partem Nili fluminis exeuntem in Rubrum mare iuxta civitatem Olivam et castra Mosei.

21 Quisquis longitudinem Nili cognoscere desiderat, sciat prius quot milia ab occidentali parte Africae usque ad orientalem plagam Aegypti numerantur, inde usque ad ostium per quod pars illius iuxta castra Mosei et civitatem quae nuncupatur Oliva vadit in mare Rubrum: vel si longius voluerit, usque ad Pelusiacum ostium, per quod altera ipsius pars in Tyrrhenum mare intrat, aut si usque ad finem fere totius plenitudinis eius computaverit, in Canopico ostio terminabit, sed longius ad Pelusiacum. latitudo istius fluvii per quot milia dilatatur non repperi.

1 2 Priscianus] *comparatio Nili cum mari apud Priscianum non legitur* 4 nilē *D*, nilem *P* 9 Olivam] *sic Walck.*, Ovilam *codd.*, Clysma *Letr.*; *infra v.* 15 Oliva || Mosei] *sic D V*, monsei (*corr.* mosei) *P*, Monsei *Walck.*, Moysis *Letr.* 11 sciat] scitet *D* 15 Mosei] *sic DV*, monsei *P Walck.*, Moysis *Letr.* || Oliva] Clysma *Letr.* 18 tyrrenum *V* 22 quod *D* 23 reperi *V Letr.*

Julius Solinus in eodem praedicto volumine de Euphrate hoc docet: Euphraten fundit Armoenia maior. ortus supra Zimam sub radicibus montis quem Catoten accolae nominant Scithis proximum, hic receptis in se aliquot amnibus convalescit et stipatus convenis aquis luctatur cum montis Tauri obiectu, quem apud Elegeam scindit, licet et resistit duodecim milium passuum latitudine. vero DCCCLXII 6, 22

Plinius Secundus de eodem Euphrate in quinto libro dicit: increscit autem et ipse Euphrates Nili modo aestatis diebus paululum differens ac Mesopotamiam inundat sole optinente XXam partem cancri. minui incipit leone transgresso in virgine. in totum vero remeat in XXma nona parte virginis. 23

2 Euphraten–10 latitudine] *cf. Solin. 37, 1* 3 armenia *D Letr.* ‖ ortum *Letr.*, ortu *Solin.* ‖ Zimaram *Letr.* 4 Capoten *Letr.*, Catopen *Solin.* 5 nominauit *V* ‖ Scithis] *sic Walck.*, stithis *D*, scythis *reliqui* 6 aliquod *D V* 7 convenis] est uenis *V* 8 9 licet et resistit] *sic P V editi*, licet resistit *D*, resistat licet *Solin.* 9 passuum (*corr.* passibus) *P* 10 *post* DCCCLXII *lacunam indicavi* 12 increscit–18 virginis] *Plin. 5, 90* 13 eufrates *D* ‖ nilo *D V* ‖ aestatis] statis *Plin.* 14 paulum *Plin.* ‖ ac] *sic Plin.*, ao *P*, a *D V*, ab eo *editi* ‖ mesopotamia *codd.* 14 15 anundat *V* 16 incipit in virgine et leone transgresso *Plin.*

6, 24 Jdem Julius in eodem libro: de Tigri quoque dicere hoc loco par est. in Armoeniae regione caput tollit mire quam lucidum, conspicuo fonte, in loco edito qui Egelos nominatur, nec ab exordio statim totus est. primum pigre fluit non suo nomine, at cum fines Moedorum invectus est, Tigris statim dicitur: ita nominant Moedi
25 sagittam. influit in Arethusam lacum omnia pondera sustinentem, cuius pisces numquam se alveo Tigris miscent, sicut nec amnici pisces in stagnum transeunt Arethusae, per quam dissimili colore et volucri meat cursu.
26 mox Tauro resistente in profundum specum mergitur, quem subterlabens in altero eius latere apud Azoma demicat, algas et purgamenta plurima secum trahens. deinde identidem absconditur rursusque redditur. Adiabenos Arabasque praeterfluit, Mesopotamiam amplectitur, amnem nobilissimum

1 de Tigri – p. 31, 1 accipit] *Solin. 37, 5. 6* 2 3 armeniae *V Letr. cum Solino* 5 Elegos *Letr. cum Solino* 6 pygre *D* 7 Medorum *editi* 8 tygris *V* ‖ ita] ita enim *Solin.* ‖ Medi *editi* 9 Aretisam *Solin.* 11 tygris *V*, Tigridis *Solin.* ‖ amnici] aminici *codd.* 12 Aretisae *Solin.* 13 dissimilis *Solin.* 16 Zomada emicat *Letr. cum Solino* ‖ algas] uias (*suprascr.* uel algas) *P*, uias *D V*, ulvas *Letr. cum Solino* 18 absconditur] *sic D V*, abscondit se *P editi* 19 Adiabenos] Adabienos *D V* ‖ Arabasque praeterfluit *post* amplectitur *pon. D V*

Coaspen accipit. longitudo illius DCCCXCV, latitudinem autem eius non legi.

Sed Plinius Secundus altero nomine 6, 27
praedictum stagnum nominat, quod nunc obliviscor, et aquam illius stagni amaram esse narrat atque fluminis dulcem: ideo fluvii pisces evitant ire in stagnum, veluti stagni pisces intrare in flumen fugiunt.

Jdem Julius post multa: maximi in 28
Jndia amnes Ganges et Jndus. quorum Gangen quidam fontibus incertis nasci et Nili modo exultare contendunt, alii volunt a Scithicis montibus exoriri. Hypranes etiam ibi nobilissimus fluvius, qui Alexandri Magni iter terminavit, sicuti arae in ripa eius positae probant. minima Gangis latitudo per VIII m. passuum, maxima per XX patet. longitudo CCCCLIII, altitudo, ubi vadosissimus est, mensuram C pedum devorat.

Jdem paulo post: in Gange insula est 29
populosissima, amplissimam continens gen-

2 autem *om. P editi* 3–8 *cf. Plin. 6, 127* 5 amara *D* 9 maximi–20 devorat] *cf. Solin. 52, 6. 7* 10 quarum *D* 12 exultare] *sic D,* exsultare *reliqui* ‖ volunt *om. Walck.* 13 Scythicis *Letr. cum Solino* ‖ Hypanis *Solin.*, Hyphasis *Letr.* 15 iter] tunc *V* 16 Gangis] g¦an¦is (grandis ?) *D*, ganis *V* 18 longitudo CCCCLIII *om. Solin.* ‖ longitudo] magnitudo *D V* ‖ *post* CCCCLIII *edd. add.* m. p. 19 uadosissimum *P* 21 in Gange–p. 32, 6 disciplinam] *cf. Solin. 52, 11* 22 populissima *DP*

tem, cuius rex peditum L milia equitum IIII milia in armis habet. omnes sane, quicumque praediti sunt regia potestate, non sine maximo elephantorum, equitum etiam peditumque numero militarem agitant disciplinam.

6, 30 Jdem paulo post: anguillas ad trigenos pedes longas educat Ganges. quem Statius Sebosus inter praecipua miracula ait vermibus abundare, ceruleis nomine et colore. hi bina habent brachia longitudinis cubitorum non minus senorum, adeo robustis viribus, ut elephantos ad potum ventitantes mordaci comprehensos ipsorum manu rapiant in profundum.

31 Sunt in Jndia praeterea boves unicornes; sed atrocissimus est monoceros, monstrum mugitu horrido, equino corpore, elephanti pedibus claudis, villosis, capite cervino. cornu a media fronte eius protenditur splendore mirifico, ad magnitudinem

1 cuius] quorum *Solin.* 1 2 equitum IIII] aequitum LIIII *DP* 2 abet *D* 7 anguillas – 15 profundum] *cf. Solin. 52, 41* 7 tricenos *Letr. cum Solino* 11 hi bina] habina (*corr.* hibina *P*) *DPV* 11 12 cubita non minus sena *Solin.* 13 elephantes *D Letr.* 14 mordicus conprehensa *Solin.* 14 15 rapuit *V* 16 Sunt in Jndia – p. 33, 4 non potest] *cf. Solin. 52, 38 – 40.* 16 17 unicornes] unicornes et tricornes *Solin.* 19 claudis, villosis] cauda suilla *Solin.* 20 a media] e media *Solin.*

pedum quattuor, ita acutum ut quicquid impetat, facile ictu eius perforetur. vivus non venit in hominum potestatem et interimi quidem potest, capi non potest.

Est renoceron in Aethiopia sive eius- 6, 32
dem vel alterius similis generis, de quo Julius Solinus longe ante sic ait: ante ludos Gnei Pompei renocerotem romana spectacula nesciebant. cui bestiae color buxeus, in naribus cornu unicum et repandum, quod subinde attritum cautibus in mucronem excitat, eo quod adversus elephantos proeliatur, par ipsis longitudine, brevior cruribus, naturaliter alvum petens, quam solam intelligit ictibus suis perviam.

Est aliud animal in Africa Cirinacia, 33
quod in alia terra fieri non legimus: de quo idem ita longe ante infit: hienam quoque mittit Africa, cui cum spina riget col-

3 hominum] hominem (*corr.* hominum *P*) *DP*, hominis *V* 5 renoceron] *sic DP*, rinoceron *V*, rhinoceros *Letr.* 7 ante (*post* longe) *om. P editi* || ante ludos – 15 perviam] *cf. Solin. 30, 21* 8 Cnei *editi* || rhinocerotem *Letr. cum Solino* 12 eo quod] eoque *Solin.* || elephantes *V* 12 13 praeliatur *Letr.* 13 14 cruribus] *sic V cum Solino,* auribus *reliqui* 14 quam] quem (*corr.* quam *P*) *DPV* 15 ictibus] actibus *codd.* 16 aliut *D* || Cirinacia] *sic D*, cirinaica *PV*, Cyrenaica *Letr.* 18 hienam – 35, 10 clauditur] *cf. Solin. 27, 23–26* 18 hyenam *Letr.*

lum continua unitate: flectit nonnisi toto corporis circumactu. multa de ea mira: primum quod sequitur stabula pastorum et auditu assiduo addiscit vocamen quo exprimere possit imitationem vocis humanae, ut in hominem astu accitum nocte seviat. vomitus quoque humanos mentitur falsisque singultibus sollicitatos canes sic devorat, qui forte si venantes umbram eius dum secuntur contigerint, latrare nequeunt voce
6, 34 perdita. eadem hiena inquisitione corporum sepultorum busta eruit. praeterea promptius est marem capere: feminis enim ingenita est callidior astutia. varietas multiplex inest oculis colorumque motatio. in cuius pupulis lapis invenitur, hieniam dicunt, praeditum illa potestate ut cuius hominis linguae fuerit subditus, praedicat futura. verum hiena quodcumque animal ter lustraverit movere se non potest: quapropter

1 flectit nonnisi] flectique non quit nisi *Solin.*, flecti non quit nisi *Letr.* 4 uocamus *V* 4 5 quod expr. p. imitatione *Solin.* 8 sic canes *Solin.* 9 eius dum] *sic Letr. cum Solino*, eiusdem *codd.* 10 sequuntur *editi* 11 hyena *Letr.* 13 promtius *D*, pronius *Solin.* 15 mutatio *corr. P et editi* 16 cuius] quorum *Solin.* || populis (*corr.* pupulis) *DP* || *post* lapis *D V addunt* hiena || hieniam] *sic DP*, hienia *V*, hienium *Walck.*, hyaenium *Letr.* 19 hyaena *Letr.* 20 quaepropter *D*

magicam scientiam inesse ei pronuntiave-
runt. in Aethiopiae parte coit cum leaena: 6, 35
unde nascitur monstrum cui chorococta
nomen est. voces hominum et ipsa pariter
affectat. numquam cohibet aciem orbium
oculorum, sed in optutu sine nictatione
contendit. in ore lingua nulla, dens unus
atque perpetuus, qui ut numquam retun-
datur naturaliter capsularum modo clau-
ditur.

Jdem longe prius de flumine Danubio 36
inquit: Hister Germanicis iugis oritur,
effusus monte qui Rauracos Galliae aspe-
ctat. LXta amnes in se recipit ferme omnes
navigabiles. septem ostiis Pontum influit:
quorum primum Peuce, secundum Nara-
customa, tertium Calonstoma, quartum Pseu-
dostoma, quintum Borionstoma ac deinde
Spilonstoma languidiora sunt ceteris, septi-
mum vero pigrum ac palustri specie non
habet quod amni comparetur. priora quat-
tuor ita magna sunt ut per longitudinem

2 leena *codd.* 3 chorococta] crocotta *Letr.*, corocottae *Solin.* 6 oculorum *om. Solin.* || optutum *P*, obtutum *Solin.*, obtutu *editi* || ictatione *V* 7 lingua] gingiva *Solin. et Plin.* 12 Hister–36, 3 sapore] *Solin. 13, 1* 14 LXta] ista *V* 15 ostiis] hostiis *DP* 18 quintum] nam *Solin.* 19 Psilonstoma *Letr.* 21 22 quatuor *V editi*

CCCC passuum non misceantur aequori, dulcemque austum inconsumpto detinent sapore. longitudo ipsius DCCCCXXIII.

6, 37 Haec de praetitulatis quinque fluminibus congregatim scripta sunt. brevius de sequentibus fluviis ex cosmographia tantum praedicta nuper in meas manus veniente excerpetur.

38 Fluvius Jordanis nascitur sub Libano monte, circumiens eum vergit in lacum Tiberiadem, de eo exiens ad Citopolim quam secans mediam et ab ea exiens effunditur in mare Mortuum. currit per milia DCCXXII.

39 Hermus nascitur in campis Asiae. influit in mare Cicladarum. currit per milia DCVIIII.

40 Meandros nascitur in campis Asiaticis bicornius, currit quasi sinu reddens se ad

1 CCCC mil. *editi* 2 dulcemquae *P*, ducem quae (que *V*) *D V* ‖ haustum *editi* ‖ inconsumpto] incorrupto *Solin.* ‖ detineant *editi cum Solino* 3 *post* DCCCCXXIII *editi add.* m. p. 9 – 39, 8 *quae sequuntur sedecim flumina partim apud Julium Honorium, partim apud Aethicum, sed diverso ordine leguntur p. 692 – 698 et p. 714 – 720 ed. A. Gronov. 1722.* 9 Jordannes *Honor.* 10 pergit *Letr. cum Honorio* 11 tyberiadem *V* ‖ Scitopolin *Honor.*, Scythopolim *Letr. cum Aethico* 14 DCCXXII] DCCXXXII *Honor.* 15 Hermus] Hermunas *Aeth.* 16 Cycladarum *editi* 17 DCIX *V* 18 Maeandros *Letr.* 19 bicornuus *Walck.*, bicornis *Letr.* ‖ quasi sinu reddens se ad unum] quasi sint duo, redigentes se in unum *Letr. cum Aethico.*

unum. influit in mare Cicladarum. currit
per milia DCCCXCVII.

Fluvius Eurotas nascitur in campis 6, 41
Phrigiae. influit in mare Tyrrhenum. currit
per milia DCCCXXV.

Fluvius Tanais nascitur in monte Hy- 42
perborei Riphei. per Meotidas paludes
exiens influit in Euxinum Pontum. currit
per milia DCLIII.

Boristhenes nascitur in monte Hyper- 43
boreo. influit in mare Ponticum. currit
per milia CCX.

Sperthius nascitur in monte Macedoniae. 44
influit in mare Aegeum. currit per milia
DCII.

Alpheus nascitur in campis Achaiae. 45
influit in mare Tyrrhenum. currit per milia
CCCCLXX.

Achiloius nascitur in campis Epiri. in- 46

1 Cycladarum *P editi* 4 Phrigiae] *sic D,* phrygiae *reliqui* ‖ tyrrenum *D V* 5 DCCCXXV] DCCXXV *Honor.,* CCCC *Aeth.* 6 7 Hyperboraei Riphaei. per Maeotidas *Letr.* 10 Boristhenes] *sic dedi,* boristenes *codd.,* Borystenes *Walck.;* Borysthenes *Letr.* 10 11 Hyperboreo] *sic D,* hiperboreo *P V,* Hyperboraeo *Letr.* 13 Sperchius *Letr.,* Percius *Aeth.* ‖ *ante* Macedoniae *Letr. add.* Oeta, *Aeth. add.* Jda 14 Aegeum] *sic D,* egeum *P V,* Aegaeum *Letr.* 16 Alfeus *Hon.* 17 thirrenum *D,* tirrhenum *P,* tyrrenum *V* 19 Achiloius] *sic D P,* achilous *V,* Achelous *Letr.,* Acelous *Hon. Aeth.* ‖ Epiri] *sic Letr.,* ephyri *codd.*

fluit in mare Jonium. currit per milia DCCXV.

6, 47 Tiberis nascitur in monte Apennino. occidit in mare Tyrrheno. currit per milia CCCCXCV.

48 Rhenus nascitur in Alpibus Apenninis. occidit in oceano occidentali. currit per milia DLII.

49 Rhodanus nascitur in Alpibus Coticis. influit in mare Tyrrhenum. currit per milia .....

50 Garonna nascitur in Aquitaniae campis. influit in oceanum occidentalem. currit per milia CCVIIII.

51 Boetis nascitur in campis Hispaniae. occidit in oceano occidentali. currit per milia CCCCX.

52 Tagus nascitur in campis Hispaniae. occidit in oceano occidentali. currit per milia CCCII.

53 Mineus nascitur prope Pyrreneum. in

2 DCCXV] DCCXC *Aeth.* 3 tyberis *V* 4 tyrrheno *D*, tyrreno *V* 6 renus *V* ‖ Penninis *Letr.* 9 Rhodanus – 11 p. mil.] *nonnisi in margine inferiore ab alia manu habet P* 9 Rodanus *D V* ‖ Cottiaeis *Letr.* 10 tyrrenum *codd.* 10 11 per milia] *sic D*, *erat* p. mil. 12 Garonna] *sic DP*, garomia *V*, Carunna *Hon.*, Garumna *Letr. cum Aethico* ‖ aquitania *D* 15 Baetis *editi*, Betis *Aeth.* ‖ hyspanie *V* 21 Minio *Hon.*, Minius *Letr. cum Aethico* ‖ Pyrenaeum *Letr.*

rotunditate vertitur, ut Bregantium oppidum maritimum includat et sic se in oceanum occidentalem recipit. currit per milia CCCX.

6, 54 Hiberus nascitur sub Assiriis montibus Pyrrenei vicinas inlustrans Hispanias. infundit se mari iuxta Terraconam. currit per milia CCIIII.

Haec omnia quae de fluminum longitudine dixi, ex cosmographia accepi.

7, 1 Scribens de Aethiopia quae ad Africam pertinet, de multis eius insulis iuxta Plinium Secundum breviter locutus sum, sed nullam nominatim praedixi. ideo paucas ex illis quarum nomina legeram nominatas ostendam.

2 Jdem Plinius Secundus in sexto libro iuxta Aethiopas Aroteras insulas esse docet, item Bachias et Antibachias et Stratioton.

3 Priscianus in libro qui in greco periegesis nominatur id est descriptio orbis ter-

1 Brigantium *Letr.* 5 Hyberus *Aeth.* || Assiriis] astyribus *Hon.*, Asturicis *Letr.* 6 Pyrrenei] *sic P*, phirrenei *D*, phyrrenei *V*, Pyrenaei *Letr.* || vicinos *Letr.* || illustrans *V* || Hispanias] *sic DP*, hyspanias *V*, Hispanos *Letr.* 7 Tarraconam *Walck.*, Tarraconem *Letr.* 10 cosmographya *D* || *post* accepi *DV addunt* VII 18 iuxta – 19 Stratioton] *Plin. 6, 173* 18 iuxta] supra *Plin.* || aeroteras *D*, et roteras *V* 19 Bacchias et Antibacchias *Letr. cum Plinio* || stracioton *V* 21 id est] idem *V*

rae, quem per metrum valde bonum fecerat, Erithream insulam iuxta Atlanticam Aethiopiam fore monet inquiens:

Aethiopes habitant Erithream pectore iusti,
Athlantem iuxta longevi, finibus olim, ...

7, 4 Gaulea insula in australi oceano occidentalis Aethiopiae, cuius vocabulum Jsidorus in nono libro ethimologiarum ostendit.

5 Fortunatae atque Gorgodes, Hesperides, quae insulae quod sunt in occidentali pelago Africae multi nuntiant. longius ab Africa Gorgodes quam Fortunatae ac Hesperides quam Gorgodes. quoniam in eo quod in cosmographia fluvius Malva sub insula Fortunata nasci fertur, ex hoc prope ad Africam esse perhibetur. distant autem Gorgodes a continenti terra bidui navigatione, ut in quarto decimo libro ethimologiarum Jsidorus ait.

2 erythream *P*, Erythiam *Letr.* 4 Aethiopes – 5 olim] *Priscian. perieg. v. 570. 571 ad calcem Dionys. Perieg. ed. Bernhardy* 4 erythream *P*, Erythiam *Letr. cum Prisciano* 5 Atlantem *Letr. cum Prisciano* 6 Gaulea] Gaulalum gentes — his nomen Gaulea insula dedit. *Isid. orig. 9, 2. 124 Lind.* 8 ethimologiarum] *sic D V*, ethymologiuram *P*, Etymologiarum *Letr.* 9 gordodes *D V* 12 gordodes *D V* 13 quam] que *D V* ‖ gordodes *D V* 14 cosmografia *D* 15 feritur *D* 17 gordodes *V* 18 19 ethimologiarum] *sic D V*, aetymologiarum *P*, Etymologiarum *Letr.* 19 *Jsidorus 14, 6. 9*

7, 6 Jn occidentali vel septentrionali mari Hispaniae insulas fieri non legimus. circum nostram insulam Hiberniam sunt insulae, sed aliae parvae atque aliae minimae. iuxta insulam Brittaniam multae aliae magnae aliae parvae aliaeque mediae, sunt aliae in australi mari et aliae in occidentali, sed magis in parte circii et septentrionis illius habundant. in alias quibus ipsarum habitavi, alias intravi, alias tantum vidi, alias legi.

7 Plinius Secundus in quarto libro edocet quod Pytheas Masiliensis sex dierum navigatione in septentrionem a Brittania Thilen distantem narrat.

8 De eadem semper deserta in eodem XIIII. libro ethimologiarum Jsidorus infit: Thile ultima insula oceani inter septentrionalem et occidentalem plagam ultra

5 Brittaniam] *sic P*, brittanniam *D V*, Britanniam *Letr.* 9 habundant] *sic D*, abundant *reliqui* ‖ in alias quibus] *sic codd.*, *sed P alterum* in *addit supra* alias, in aliquibus *editi* 12 quarto] secundo *Letr.* 13 Pytheas – 15 narrat] *Plin. 2, 187* 13 pitheas *D V* ‖ Masiliensis] *sic D V*, massiliensis *reliqui* 14 Brittania] *sic V*, brittaniam *P*, brittanniam *D*, Brittannia *Letr.* 14 15 Thulen *Letr. cum Plinio* 17 libro ethimologiarum] *sic D V*, libro aethymologiarum *P*, Etymologiarum libro *Letr.* 18 Thile – p. 42, 2 facit] *Jsid. 14, 6. 4* 18 Thule *Letr.*, Thyle *Jsid.*

Brittaniam, a sole nomen habens, quia in ea aestivum solstitium sol facit.

7, 9 Priscianus de eadem in periegesi manifestius quam Jsidorus inquit:

Oceani tranans hic navibus aequor apertum,
Ad Thilen veniens, quae nocte dieque relucet
Tytanis radiis, cum curru scandit ad axes
Signiferi, boreas succendens lampade partes.

10 De eadem manifestius et plenius quam Priscianus Julius Solinus de Brittania loquens in collectaneis ita scripsit: Thile ultima, in qua aestivo solstitio sole de cancri sidere faciente transitum nox nulla: brumali solstitio perinde nullus dies.

11 Trigesimus nunc annus est a quo nuntiaverunt mihi clerici, qui a kalendis Februarii usque ad kalendas Augusti in illa insula manserunt, quod non solum in aestivo

1 Brittaniam] *sic V*, britanniam *P Letr.*, brittanniam *D* 5 Oceani – 12 partes] *Prisc. per. v. 588–592* 5 hic] hinc *Prisc.* 7 Thulen venies *Letr. cum Prisciano* 9 Titanis *Letr. cum Prisciano* 11 succedens *V et Prisc.* 14 brittannia *codd.* 15 Thile – 18 dies] *Solin. 22, 9* 15 Thyle *Solin.*, Thule *Letr.* 20 michi *V* 20 21 febroarii *DP* 21 ad] *sic V, om. reliqui*

solstitio, sed in diebus circa illud in vespertina hora occidens sol abscondit se quasi trans parvulum tumulum: ita ut nihil tenebrarum in minimo spacio ipso fiat, sed quicquid homo operari voluerit, vel peduculos de camisia abstrahere, tamquam in praesentia solis potest: et si in altitudine montium eius fuissent, forsitan numquam sol absconderetur ab illis. in medio illius 7, 12
minimi temporis medium noctis fit in medio orbis terrae, et sic puto e contrario hiemali solstitio et in paucis diebus circa illud auroram in minimo spacio in Thile apparere, quando meridies fit in medio orbis terrae: et idcirco mentientes falluntur, qui circum 13
eam concretum fore mare scripserunt et qui a vernali aequinoctio usque ad autumnale continuum diem sine nocte atque ab autumnali versa vice usque ad vernale aequinoctium assiduam quidem noctem, dum illi navigantes in naturali tempore magni frigoris eam intrabant ac manentes in ipsa dies noctesque semper praeter solstitii tem-

4 spatio *codd.* 5 6 pediculos *Letr* 10 teporis *P* 11 et sic puto – 14 orbis terrae] *nonnisi in margine inferiore habet P* 13 spacio] *sic V*, spazio *D*, spatio *reliqui* ‖ Thile] *sic V*, tyle *DP*, Thule *Letr.* 14 in medio meridies fit *Letr.* 15 et *om. Letr.* 17 aequinotio *DV* 19 20 aequinotium *DV*

pus alternatim habebant: sed navigatione unius diei ex illa ad boream congelatum mare invenerunt.

7, 14 Sunt aliae insulae multae in septentrionali Brittaniae oceano, quae a septentrionalibus Brittaniae insulis duorum dierum ac noctium recta navigatione plenis velis assiduo feliciter vento adiri queunt. aliquis presbyter religiosus mihi retulit quod in duobus aestivis diebus et una intercedente nocte navigans in duorum navicula
15 transtrorum in unam illarum introivit. illae insulae sunt aliae parvulae. fere cunctae simul angustis distantes fretis, in quibus in centum ferme annis heremitae ex nostra Scottia navigantes habitaverunt. sed sicut a principio mundi desertae semper fuerunt, ita nunc causa latronum Nortmannorum vacuae anachoritis, plenae innumerabilibus ovibus ac diversis generibus multis nimis marinarum avium. numquam eas insulas in libris auctorum memoratas invenimus.

5 *et* 6 Brittaniae] *sic DP*, brittannie *V*, Brittanniae *Letr.* 9 presbyter] *sic codices compendio litterarum*, probus *Letr.* || relegiosus *D* || michi *V* 12 transtorum *V* || illam *D* || intrauit *V* 14 angustus (*corr.* angustis) *P* 15 eremitae *Letr.* 16 scoctia *V* 18 normannorum *P* 19 anachoritis] anchoritis (*corr.* anachoritis *P*) *DPV*, anachoretis *Letr.* 20 nimis] minis *D*

Julius Solinus in collectaneis de Germania atque insulis eius: in hoc tractu et in omni septentrionalis plaga bisontes frequentissimi, qui bobus feris similes, setosi collo, iuba horridi, ultra tauros pernicitate capti assuescere manu nesciunt. sunt et uri quos imperitum vulgus vocat bubalos, cum bubali pene ad cervinam faciem in Africa procreentur. istis porro quos uros dicimus taurina cornua in tantum modum protenduntur, ut dempta ob insignem capacitatem inter regias mensas potuum gerula fiant. est et alces mulis comparanda, adeo propenso labro superiore ut nisi recedens in posteriora vestigia pasci non queat. Gravia insula regionis Germaniae mittit animal quale alces et cui suffragines flecti nequeunt: propterea non cubant cum dormiendum est, tamen somnolentum arbor

7, 16 — 17

2 in hoc tractu – 46, 7 ipsam] *Solin. 20, 4 – 8* 3 septentrionis *Solin.* ‖ visontes *Solin.* 4 bobus (*corr.* bubus) *P*, bovis *Solin.* ‖ feris] *sic Letr.*, fieri *D V*, feri (*corr.* fere) *P*, feri *Solin.* 7 imperitum] *sic Letr. cum Solino*, inmeritum *codd.* ‖ bubalos vocat *D V* 9 procreentur in africa *D V* ‖ isti *P* 10 in tantum] intrantum *V* 11 dempta dempta *D V* 13 alce *Solin.* 15 pasci] *sic editi cum Solino*, quasi *codd.* 16 grauia (a *supra* u) *P*, Gangavia *Solin.* 17 quale alces et cui] quale alce sed cuius *Solin.* ‖ *post* suffragines *Solin. add.* ut elephantis 18 cubat *Solin.* 19 somnolenta *D V*, somnulentam *Solin.*

sustinet, quae prope casuram secatur, ut
fera dum assuetis fulmentis nititur faciat
ruinam. ita capitur: alioquin difficile est
eam mancipari: nam in illo rigore popli-
7, 18 tum incomprehensibili fuga pollet. Ger-
manicarum insularum Candinavia maxima
est, sed nihil in ea magnum praeter ipsam.

19 Plinius Secundus in libro quarto de
septentrionali oceano Scithiae insulisque
illius: septentrionalem oceanum Amalchium
Hecataeus appellat, a Parapaniso amne qui
Scithiam alluit, quod nomen eius gentis
lingua significat congelatum mare: Phile-
mon Morimarusam a Cimbris dicit vocari,
hoc est mortuum mare; inde usque ad pro-
muntorium Rubeas, ultra deinde Cronium

1 *post* sustinet *editi add.* et || casuram] *sic D P Letr.*, casura *V*, ad casuram *Walck.* 2 flumentis *P* || innititur *Solin.* 5 6 Germanicarum insularum] de Germanicis insulis *Solin.* 6 Candinavia] *sic D*, scandauia *P*, candauia *V*, Gangavia *Solin.*, Scandinavia *editi cum Plinio* 6 7 est maxima *D V* 7 nichil *V* 10 septentrionalem – 47, 10 contegunt] *Plin. 4, 94. 95* 8 quarto *om. codd.* 9 Scythiae *editi* || insulisque] *sic codd.*, et insulis *Letr.*, insulis *Walck.* 10 almachium *D V* 11 Hecataeus] *sic Letr. cum Plin.*, hechateus *D*, hecathus *P*, lechateus *V* || appellat, a] appellatur *V* || Parapaniso] *sic P*, parasino *D V*, Parapasino *Walck.*, Paropaniso *Letr.* || qui] quam (*corr.* qui *P*) *DP*, qua *Plin.* 12 Scythiam *editi* 13 mare *om. Plin.* 13 14 Philemon] *apud Plin. 4, 94* 14 morimarimarusam *P* 15 16 promuntorium] *sic P pr. man.*, promunctorium *D V et corr. P*, promontorium *editi* 16 Cronium] tronium *D*

nominat. Xenophon Lamsachenus a litore 7, 20
Scitharum tridui navigatione insulam esse
immensae magnitudinis Balciam tradit. ean-
dem Pytheas Basiliam nominat. non longe 21
feruntur et Oeocenae insulae, quarum ovis
avium marinarum et avenis vulgo nascen-
tibus incolae vivunt. aliae, in quibus equi-
nis pedibus homines nascuntur Hippopodes
appellati. aliae in quibus nuda corpora
praegrandes ipsorum aures tota contegunt.

Jdem Plinius Secundus de insulis Ger- 22
maniae: incipit deinde clariore aperiri fama
ab gente Jngueonum quae est prima in
Germania. mons Saevo ibi inmensus nec
Ripheis iugis minor, inmane ad Cimbrorum
usque promuntorium efficit sinum qui Co-
danus vocatur refertus insulis, quarum cla-
rissima est Scandinavia incompertae magni-

1 Xenophon] *apud Plin. 4, 95* ‖ Lamsachenus] *sic DP*, lamsachetius *V*, Lampsacenus *Letr.* 2 Scytharum *editi* 3 Baltiam *Letr. cum Plinio* 4 Pytheas] *sic P editi*, phytheas *D*, phiteas *V* ‖ basilicam (*corr.* balisicam) *D*, balisiam *V* 5 Oeocenae] Oonae *Plin.* 6 avium] ouium (*corr.* auium *P*) *DP* 8 hyppopodes *DV* 12 incipit – 48, 6 tradunt] *Plin. 4, 96* 12 clarior *editi cum Plinio* 13 Jngaevonum *Letr. cum Plinio* 14 sevo *D V cum Plinio* ‖ immensus *editi* ‖ nec] *sic Letr. et corr. P cum Plinio*, ne *D V et pr. m. P* 15 Ripheis] *sic corr. P*, tripheis *D V et pr. m. P*, Riphaeis *editi*, Ripaeis *Plin.* ‖ immanem *editi cum Plinio* 16 sinum] unum *D V* 18 scadinavia *codd.*

tudinis. portionem tantum eius qua nota sit Hillevionum gente quingentos incolente pagos, alterum orbem terrarum appellant. nec minor est opinione Epigia. quidam haec habitari ad insulae usque ad fluvium a Sarmatis Venedis Scirisque tradunt.

7, 23 Jn praedicta cosmographia legitur esse insula Solis quae appellatur Perusca, ubi Ganges intrat in mare. et in eodem orientali oceano Hipodes et Silephantine atque Theras.

24 Plinius Secundus in libro sexto in oceano Jndico insulas fieri ita monet: quattuor satrapiae mox paulo, ad Taprobanen insulam festinante animo. sed ante est Aliopatale

1 qua nota] quod notum *Plin.* 2 Hillevionum] illevionum *D V* ‖ gentem *P* ‖ quingentos] *sic dedi*, quintos *codd.*, quingentis *editi* ‖ incolent *V*, incolumen *P* 3 pagis *editi cum Plinio* ‖ *post* pagos *editi add.* quae *cum Plinio* ‖ *post* terrarum *editi add.* eam *cum Plinio* ‖ appellat *editi cum Plinio* 4 Epigia] Eningia *Plin.* 5 insulae] *sic codd.*, Vistulam *Walck.*, Vistlam *Letr.*, *variant Plinii codd.* ‖ ad (*ante* fluvium) *om. editi cum Plinio* 6 Scirisque] Sciris Hirris *Plin.* 8 insula Solis quae appellatur Perusca] Solis perusta insula. *Honor. p. 691 Gron.* ‖ Perusta *Letr.* 9 10 orientali] orientalein (*corr.* orientalin) *D* 10 Hippopodes *Letr. cum Honorio et Aethico* ‖ Silefantine *Honor.*, Sylephantinae *Aeth.*, Elephantine *Letr.* 11 Theras] thenis *D* 13 quattuor – 49, 10 ignobiles] *Plin. 6, 79. 80* 13 quattuor] *sic D*, quatuor *reliqui* 14 Taprobanam *editi* 15 festinantem *DP* ‖ est Aliopatale] sunt aliae, Patale *Letr. cum Plinio*

quam significavimus in ipsis faucibus Jndi, triquadra figura, CCXX mil. passuum latitudine. extra ostia Jndi Crise et Argire fertiles metallis ut credo. nam quod aliqui tradidere, aureum argenteumque his solum esse, haud facile crediderim. ab his XX milia passuum latitudine Crotale, ab eaque XII Bibaga ostreis ac conculis referta. deinde Oralliba VIII m. p. a supra dicta, multaeque ignobiles.

Julius Solinus in postrema parte praedicti illius libri scripsit: Thilos Jndiae insula est: ea fert palmas, oleam creat, vineis habundat, terras omnes hoc miraculo sola vincit quod quaecumque in ea arbor nascitur numquam caret foliis. 7,25

Jdem Julius paulo ante: Jndica maria ballenas habent ultra spacia quattuor iuge-

2 triquetra *Plin.* || mil. *om. codd.* 3 ostium *Plin.* || Crise et Argire] *sic DV*, crisae et argirae *P*, Chryse et Argyre *Letr. cum Plinio* 5 *et* 6 his] iis *editi cum Plinio* 7 milia *om. DV* || Crocala *Plin.* || ab eaque] *sic Letr.*, tabeaq̧ *codd.*, ab ea *Plin.* 8 ac conculis] *sic dedi* aconculis (*corr.* acconculis *P*) *DPV*, et conculis *Walck.*, et conchyliis *Letr. cum Plinio* 9 Toralliba *Plin.*, Coralliba *Letr.* 12 Thilos – 16 foliis] *Solin. 52, 49* 12 Tylos *Solin.* 14 habundat] *sic dedi*, habundet *P*, abundet *D*, abundat *V editi* 17 Jndica — 50, 6 navigantium] *Solin. 52, 42* 18 bellenas (*corr.* ballenas *P*) *DPV*, balaenas *Letr. cum Solino* || spatia *editi* || quatuor *V editi*

rum in longitudine, sed et quos fusiteres nuncupant, qui enormes supra molem ingentium columnarum ultra antemnas se navium extollunt haustosque fistulis fluctus ita eructant ut nimbosa alluvie plerumque deprimant alveos navigantium.

7, 26 Jdem Julius paulo post: Taprobanam insulam, antequam temeritas humana exquisito penitus mari fidem panderet, diu orbem alterum putaverunt et quidem quam habitare Eachites crederentur. verum Alexandri Magni virtus ignorantiam publici erroris non tulit ulterius permanere, sed in haec usque secreta propagavit nominis
27 sui gloriam. missus igitur Onesicritus praefectus classis Macedonicae terram ipsam quanta esset, quid gigneret, quomodo haberetur, exquisitam notitiae nostrae dedit. patet in longitudinem stadiorum VII, in latitudinem stadiorum V: scinditur amni

1 in longitudine *om. Solin.* || physeteras *Solin.*, phusiteres *Walck.*, phusiteras *Letr.* 3 antemnas] *sic DP et Solin.*, anteñas *V*, antennas *Letr.* 4 fistuli (*corr.* fistulis) *P* 5 ita] indita *D V* 7 Taprobanam – 52, 5 navigatur] *Solin. 53, 1–7* 7 Julius] *sic D, om. reliqui* || Taprobanem *Solin.* 10 quam] eum quem *Letr.*, quem *Solin.* 11 Eachites] Antichtones *Letr.*, Antichthones *Salm. cum Solino* 14 sacreta *D* 15 Onesicritus] *sic Letr. cum Solino*, onericretus *codd.* 16 ipsam] istam *Solin.* 18 nostrae] *sic editi*, nostram *codd.* 20 latitudine *D* || stadiorum v] quinque milia *Solin.*

interfluo: nam pars eius bestiis et ele-
phantis repleta est maioribus multo quam
fert Jndia: partem homines tenent. mar-
garetis scatet et gemmis omnibus. sita est
inter ortum et occasum. ab eo mari in- 7, 28
cipit praetenta Jndia: a Prasia Jndorum
gente dierum XXI in eam fuit cursus, sed
cum papiriceis et Nili navibus illo perge-
retur: mox cursu nostrarum navium septem
dierum iter factum est. mare vadosum inter-
iacet altitudinis non amplius senorum pas-
suum, certis autem canalibus depressum
adeo, ut nullae umquam anchorae ad pro-
fundi illius fundamenta potuerint pervenire.
nulla in navigando siderum observatio: ut- 29
pote ubi septemtriones nequaquam viden-
tur, vergiliae numquam apparent. lunam
ab octava in sextam decimam tantum supra
terram vident. lucet ibi Canopus sidus
clarum et amplissimum. solem orientem
dextera habent, occidentem sinistra. ob- 30
servatione itaque navigandi nulla suppe-

1 interflete *V* 3 tenendum *V* 3 4 margaritis *editi cum Solino* 4 omnibus *om. P editi* 5 eo] eoo *Letr. cum Solino* 6 Jndiae *Solin.* || Prasiana *Letr.* 7 eam] ea *V* 8 papyraceis *editi cum Solino* 10 iter] tunc *V* 11 senorum] senum *Solin.* 15 ob- seruatione *P* 17 vergiliaeque *Solin.* || luna *V* 19 terra *D* || canopos *Solin.*

tente, ut ad destinatum pergentes locum capiant, vehunt alites, quarum meatus terram petentium magistros habent cursus regendi. quaternis non amplius mensibus in anno navigatur.

7, 31 Priscianus in periegesi de eadem insula Taprobane ceterisque duabus haec sequentia dicit:

1 Hinc tepidos proram convertens navis ad austros
2 Taprobanen veniet, generat quae magna elephantes
3 Per fines Asiae. iacet haec sub sidere cancri.
4 Litoribus cuius saliunt densissima cete,
5 Quae pascit vastum mare Rubrum montibus aequa;
6 Tenditur horribilis quorum per terga per armos
7 Spina, ferens cladem fatumque sub ore feroci;

1 ad destinatum] *sic Letr. cum Solino*, adē natum *D*, ad ē. natum (*corr.* notum) *P*, ad nactum *V*, adeo nactum *Walck.* 2 uehunt (*corr.* uelut) *D*, uelut *V* 6 periegessi (*corr.* periegesi *D*) *DP* 7 Taprobane] *sic V*, taprobanae *DP*, Taprobana *editi* 9 Hinc – 58, 14 Dianam] *Prisc. perieg. 595 – 608* 11 venies *editi cum Prisciano* 15 siliunt *V* 20 fatumque] factumque (*corr.* fatumque *P*) *DPV* 21 feroci] feroque *codd.*

Quippe solent pariter navem sorbere virosque: 8
Nam mala tam pelagus quam terra merentibus offert. 9
Ulterius pergas si post Carminida summam 10
Ogiris occurret: qua dicitur esse sepulchrum 11
Regis Erithrei, dederat qui nomina ponto. 12
Persicus inde sinus penetratur et Jcaron offert, 13
Jnsula quae fertur nimium placare Dianam. 14

Sicut longitudinem et latitudinem insulae Taprobane per stadiorum milia Julius Solinus praedixit ita enumerans: patet in longitudinem stadiorum VII, in latitudinem stadiorum V: sic eandem longitudinem et latitudinem per milia passuum postea Jsidorus in XIIII. ethimologiarum libro 7, 32

1 solend' *V* 3 quam] tamquam *D*, tanquam *V* 5 Carminida] *sic P*, ca///////inida *D*, ca''''''''''da *V*, Carmanida *Letr. cum Prisciano* 7 Ogyris *Letr. cum Prisciano* || occurrat *editi cum Prisciano* 9 Erithrei] *sic D V*, erythrei *P*, Erythraei *Letr. cum Prisciano* 13 14 Dianam] *sic P editi*, deam c̄ *V*, dea//c̄ *D* 16 Taprobanae *editi* 17 patet – 19 stadiorum V] *eadem verba leguntur supra 7, 27* 21 ethimologiarum] *sic V*, aethymologiarum *D*, aetymologiarum *P*, etymologiarum *Letr.*

ostendit dicens: patens in longitudinem DCCCLXXV milibus passuum, in latitudinem DCXXV.

7,33 Et quemadmodum idem Julius elephantes praedictae insulae maiores multo fieri quam elephantes Jndiae nuntiavit, ita elephantes Mauritaniae minores fuisse quam elephantes Jndiae loquens de Mauritania ipsiusque elephantibus narravit.

34 Jdem Julius de Africa Cirinacia et leonibus illius his verbis locutus: leones aversi coeunt, nec ipsi tantum sed et linces et cameli et elephanti et renocerotes et tigres. et leaenae fetu primo catulos quinque educant, deinde per singulos numerum demunt insequentibus annis et postremo cum ad unum materna fecunditas advenerit, sterilescunt in aeternum. annos leonum frons et cauda indicant, sicut motus equini auribus intelliguntur.

1 patens – 3 DCXXV] *Jsid. 14, 6. 12* 1 patet *editi* 2 latitudine *V* 4 Et quemadmodum – 9 narravit] *Solin. 53, 3 et 25, 8* 10 Cirinacia] *sic Walck.*, cirenacia *codd.*, Cyrenaica *Letr.* 11 leones – 20 intelliguntur] *Solin. 27, 16–18* 12 ipsi] hi *Solin.* || lynces *editi cum Solino* 13 elephantes *V* || renocerotes] *sic D V*, rinocerotes *P*, rhinocerotes *Letr. cum Solino* || ygres *V*, tigrides *Solin.* 14 et *om. P editi* 14 15 educant] edunt *Solin.* 15 demum *D V*, decoquunt *Solin.* 17 advenerit] recidit *Solin.* 18 annos] animos *Solin.* 19 20 auribus] de auribus *Solin.*

Sed idem Julius nuntiando de Germania insulisque eius unum de elephantibus mentiens falso loquitur dicens, elephantem numquam iacere, dum ille sicut bos certissime iacet, ut populi communiter regni Francorum elephantem in tempore imperatoris Karoli viderunt. sed forsitan ideo hoc de elephante ficte aestimando scriptum est, eo quod genua et suffragines sui nisi quando iacet non palam apparent. 7, 35

Jdem Julius narrat de Jndia: VI milia CCCCLIII annos a Libero patre usque ad Alexandrum Magnum fuisse scripserat. idem aliud incredibile scripsit: homines Gangis fontem colunt quod nullius escae opus indigent, sed tantum odore vivunt pomorum silvestrium, longiusque pergentes eadem illi in praesidio gerunt ut olfactu alantur: quod si tetriorem spiritum forte traxerint, exanimari eos certum est. de latitudine Gangis fluminis et Euphratis quam in isto libro scripsit, dubitans taceo. 36

1 Julius] *Solin. 20, 7* 8 ficte] facte *D V* 11 VI milia...] sex milia quadringenti quinquaginta unus additis et amplius tribus mensibus *Solin. 52, 5* 15 Gangis fontem] *sic Letr. cum Solino 52, 29*, gangis fontemque *codd.* Gangis [aquas] fontemque *Walck.* || colunt] accolunt *Solin.* || quod nullius – 16 odore] nullius ad escam opis indigi odore *Solin.* 16 vivunt] i[illegible]unt *D*, ibunt (*corr.* uiuunt) *P* 18 illi] illa *Solin.* 22 scripsi *V*

7, 37 Jdem Julius locutus de Aegypto et
Nilo naturam corcodrilli refert vera falsis
commiscens his verbis: corcodrillus, malus
quadrupes, et in terra et in flumine pariter
valet: linguam non habet: maxillam movet
superiorem. et paulo post: qualia anser
insidet ova; metatur locum naturali pro-
videntia, nec alibi fetus premit quam quo
crescentis Nili aquae non possunt perve-
38 nire. et paulo post: in aqua obtunsius vi-
dent, in terra acutissime. hieme cibum
nullum capiunt: quin etiam quattuor menses
a coeptu brumae inedia exigunt. alia quae
scripsit de natura corcodrilli idcirco hic
praetermitto quia in XII. ethimologiarum
libro quisquis voluerit inveniet.
39 Jn aliis quae secuntur illi non sum
credulus ita paulo ante dicenti: habitant

2 corcodrilli] *sic D V*, crocodilli *P*, crocodili *Letr. cum Solino* 3 corcodrillus – 57, 10 fugiunt] *Solin. 32, 22. 23. 28* 3 crocodilus *Letr.* || malum *Solin.* 6 anser] anseris *Solin.* 7 insidet] insedet (*corr.* insidet *P*) *D P V*, insedit *editi*, edit *Solin.* || metatur (*corr.* metitur) *P* || locum] locum nido *Solin.* 8 quo] *sic Letr. cum Solino*, quod *libri* 9 crescentes *editi* || possint *Solin.* 10 obtuntius (*corr.* obtunsius *P*) *DP*, obtuncius *V* 11 12 nullum cibum *Solin.* 12 quatuor *V editi* 13 a coeptu] acceptu *D V* 14 scripsi *codd.* || crocodili *Letr.* 15 ethimologiarum] *sic V*, aethymologiarum *P*, aethimoligiarum *D*, etymologiarum *Letr.* 17 sequuntur *editi* || illi] *cf. Solin. 32, 27*

in insula Nili homines forma exigui, sed audacia usque adeo periti ut corcodrillis se offerant obvios: nam haec monstra fugientia secuntur, formidant resistentes; et capiuntur, subactaque etiam intra aquas suas serviunt et perdomita metu ita obsecuntur ut inmemores atrocitatis victores suos equitantes in dorso vehant. hanc ergo insulam et hanc gentem ubicumque indicio odoris persenserint procul fugiunt.

Jdem Julius in eodem praedicti pene 7, 40
voluminis fine aliquas nominatim de Rubri maris insulis ostendit dicens: in occidentali mari Persidis Solis est insula rubens, omni animantium generi inaccessa, quippe quae omne animal inlatum perimit.

Jdem paulo post hoc in fine sui libri: 41
ex Arabicis insulis, quas Acsitae Arabes

1 perexigui *Solin.* 2 adeo periti] eo praediti *Solin.* || corcodrillis] *sic P*, corcodrilli *D V*, crocodilis *Letr. cum Solino* 3 4 fugientes *Letr. cum Solino* 4 sequuntur *editi* || et] ergo *Solin.* 5 subactique *Letr. cum Solino* || inter *P V* 6 perdomita metu ita] perdomitam (*corr.* perdomita *P*) et uita *D P V* || perdomiti *Letr. cum Solino* 6 7 obsequuntur *editi* 7 immemores *editi* 8 dorso] in dorso *Solin.* 16 omne] nullum non *Solin. 54, 4* || perimat *Solin.* 17 *post* hoc *D P addunt* est 18 ex Arabicis – 58, 7 nam cum] *Solin. 56, 8. 9* 18 Acsitae] *sic corr. P*, acitae *D P*, acite *V*, Ascitae *Letr. cum Solino* || arabas *V*

habent, dicunt esse insulam cui e re nata datum nomen: nam bubaleis utribus contabulatas crates superponunt vectatique hoc ratis genere praetereuntes infestant sagittis
7, 42 venenatis. habitari etiam dicuntur Aethiopiae adusta Trogoditarum et Jctiofagorum nam cum .... ferulae surgunt ad arboris magnitudinem, earum quae magnae sunt expressae liquorem reddunt amarissimum, quae candidas aquas revomunt etiam potui accommodatas.

43 Alteram insulam Junoniam appellari ferunt pauxillae aedis ignobiliter ad culmen

1 e re nata] erenata *PV*, erenatte *D*, Erenata *editi*; *inmerito Noster a Letronnio ignorantiae arguitur, quasi Erenatam insulam sibi effinxerit: quamquam enim Dicuil Solini locum non verbotenus reddidit, tamen recte dicere potuit, insulam quandam Acsitarum (vel Ascitarum) e re nata nomen accepisse: nam bubaleis utribus etc.* 2 bubulis *Solin.* ‖ utribus] uiribus *V* 2 3 contabulatas] est tabulatas *V* 3 crates] acrates (*corr.* rates *P*) *DP* ‖ vectitatique *Solin.* 4 ratis] gratis *V* 5 dicuntur] *sic P editi*, adita *DV* ‖ *ante* Aethiopiae *editi add.* loca 6 Trogoditarum] *sic P*, tragoditarum *DV*, Trogodytarum *Letr. cum Solino* ‖ Jchthyophagorum *Letr. cum Solino* 7 nam cum] *fortasse natum e* nationibus *apud Solinum; post* nam cum *lacunam indicavimus; folium excidisse e Solini codice, quo usus est Dicuil, monuit Mommsenus ad Solin. pag. 229, innuente iam Letronnio pag. 153* ‖ ferulae – 11 accommodatas *Solin. 56, 15* 8 magnae] nigrae *Letr. cum Solino* 9 liquorum (*corr.* liquorem *P*) *DP* 10 quae] atque *Walck.*, et quae *Letr.* ‖ candidae *V Letr.* ‖ euomunt *V* 12 Alteram – 59, 17 qualitatem] *Solin. 56, 16–19* 13 in qua pauxilla aedes – 59, 1 fastigiata *Solin.* 13 aedis] *sic D*, edis *reliqui*

fastigiatam. tertia huic proximat eodem
nomine, nuda per omnia. quarto loco Ca-
praria appellatur, enormibus lacertis plus
quam aliae referta. sequitur Nivaria aëre 7, 44
nebuloso et coacto ac propterea semper ni-
valis. deinde Canaria repleta canibus forma
eminentissimis, unde etiam duo exhibiti sunt
Jubae regi. in ea aedificiorum durant
vestigia. avium magna copia, nemora po-
mifera, palmeta cariotas ferentia, multa nux
pinea, larga mellatio, amnes siluris piscibus
habundantes. perhibent etiam expui in eam 45
undoso mari belluas: deinde cum monstra
illa cum putredine tabefacta sunt, omnia
illic infici tetro odore: ideoque non penitus
ad nuncupationem sui congruere insularum
qualitatem.

Jsidorus in XII. ethimologiarum codice 46
de foenice ave Arabiae scripsit: foenix

2 per] prope *editi, om. Solin.* 4 aliae *om. D V Solin.* || inuaria *V* 5 neboloso (*corr.* nebuloso *P*) *DP* 8 durandum *V* 10 cariotas] *sic D V*, carioras (*corr.* cariora) *P*, caryotas *editi cum Solino* || feritantia *Solin.* 11 pimea (*suprascr.* aliter rubra) *P* || larga mellatio] mellis habundantia *marg. P ab alia manu, ut videtur* 12 habundantes] *sic P*, abundantes *reliqui cum Solino* || in eam] neam *V* 14 cum *om. Letr. cum Solino* 17 qualitatem] qualiter *codd.* 18 ethimologiarum] *sic V*, aethymologiarum *P*, aethimologiarum *D*, ethymologiarum *Letr.* 19 foenice] *sic codd.*, phoenice *Letr. hic et in sequentibus* || foenix – 60, 9 resurgit] *Jsid. 14, 7. 22* 19 foenix] enix *V*

Arabiae avis dicta, quod colorem foeniceum habeat vel quod sit in toto orbe singularis et unica: nam Arabes singularem et unicam foenicem vocant. haec D ultra annis vivens dum se viderit senuisse, collectis aromatum virgultis rogum sibi instruit et conversa ad radium solis alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit: sicque iterum de cineribus suis resurgit.

7,47 Julius Solinus de Arabia locutus de praedicto alite sequentia scripsit: apud Arabes est foenix avis aquilae magnitudine, capite honorato in conum plumis extantibus, cristatis faucibus, circa collum fulgore aureo, postera parte purpureus praeter caudam, in qua roseis pennis ceruleus inscribitur nitor. probatum est XLta et Dtis eum durare annis. rogos sibi struit cynnamis

1 Arabiae – 3 unica *om. D, versu uno in ima pagina resecto* 1 foenicum (*corr.* foeniceum) *P*, fenicium *V* 4 annos *corr. P et Letr. cum Isidoro* 7 alarum plausu *om. D V* 11 praedicto (*corr.* praedicta) *P* || *post* alite *P add.* haec || sequentia scripsit] sic ait *D V* 11 apud Arabes – 61, 2 superpositis] *Solin. 33, 11. 12* 14 colla *Solin.* 15 praeter caudam] absque cauda *Solin.* 16 caeruleus *Letr.* || interscribitur *Solin.* 17 XLta] XL *D V* || Dtis] D *D V* || eam *editi* 18 sibi] suos *Solin.* || cinnamis *Letr.*

quos prope Practheam concinunt in Solis urbem struere altaribus superpositis.

Opazion Arabiae insula nebulis cooperta 7, 48
in XVImo ethimologiarum volumine fertur esse. quoniam in orientali oceano Aegypti atque australi Aethiopiae illius insulas esse non legimus, sicut nec in mari Caspio.

Paucas insulas parvas Tyrrheni maris, 49
quas multi narrare praeterierunt, hic equidem nuntiare ..... congrue disposuit Jsidorus in nono ethimologiarum libro. insulam Sardum angusto freto a foenicis litore separatam fore scripsit.

Priscianus in periegesi succedentes ver- 50
sus cecinit:

Panditur hinc pelagus, tumidaque Pro- 1
pontide fervet

1 Practheam concinunt] Panchaeam concinnat *Letr.*; *variant Solini codd.* Panchaiam *recepit Mommsenus*; Pacatam *Plinii codd.* 2 urbem] *sic dedi ex Solino*, orbem *codd. et editi* || struere] strue *Solin.* || superposita *Solin.* 3 Opazion] *sic P*, opasyon *V*, opazyon *D*, Topazion *Letr. cum Jsidoro 16, 7. 9* 4 ethimologiarum] *sic V*, aethymologiarum *P*, aethimologiarum *D*, etymologiarum *Letr.* || volumine *om. D V* || fertum *Letr. errore typogr.* 8 tyrreni *V* 10 *post* nuntiare *lacunam indicavi; excidit* volo, cupio, *vel simile quid* 11 ethimologiarum] *sic D V*, aethymologiarum *P*, etymologiarum *Letr.* 11 12 insulam Sardum] *hunc locum apud Jsidorum non repperi* 14 periegessi *D* 15 cecinunt (*corr.* cecinit) *D P* 16 Panditur – 62, 18 Jonum] *Prisc. perieg. v.555–567* 16 hic (*corr.* hinc *P*) *D P V*

(7,50) 2 Ad boream, saxisque viget Proconesus in illa.
3 Est etiam levis Euxini partibus una,
4 Quam Leucen perhibent, adversa Boristhenis amni,
5 Pascit aves quoniam multas candore nivali.
6 Hic animas perhibent heroum laude potentes
7 Degere securas, virtutis munere pulchro.
8 Cimmerium recta sed si quis Bosporon ibit,
9 Cernitur huic, dextra vastae Meotidis unda
10 Jnsula mole gravi stans Alopecea lata,
11 Postquam Phenagoren Hermonasamque nepotes
12 Egregiae quondam coluerunt gentis Jonum.

1 proconosus *V* 3 eunixi *D V* 4 leucem *D* ‖ auersa *V* 4 5 Boristhenis] *sic dedi*, boresthenis *codd.*, Borysthenis *Letr. cum Prisciano* 11 cimminerium *P*, comminerium *V* 11 12 bosphoro nimbit *V* 13 vaste *D V* 14 unda] *sic P V*, undae *reliqui* 15 gravi stans Alopecca lata] *sic Letr. cum Prisciano*, gravis tam sola pecea lata *P V*, gravis tam sola pete alata *D* 16 Hermonassamque *Letr. cum Prisciano* 18 egregrie *P* ‖ quoddam *codd.* ‖ incoluerunt *P*

7, 51 Julius de Scithicis insulis: insula Apollinitarum LXXXta milibus passuum abest a Bosporo Traciae circa Histrum sita, ex qua Lucullus Apollinem Capitolinum nobis extulit. ante Boristhenen Achillis insula est cum aede sacra, quam aedem nullus ingreditur ales, et qui forte advolaverit raptim fugam properat.

52 Jdem Julius de Boristhene flumine locutus paulo ante: apud Neuros nascitur Boristhenes flumen, in quo pisces egregii saporis et quibus ossa nulla sunt nec aliud quam cartilagines tenerrimae. verum Neuri, ut accipimus, aestatis temporibus in lupos transfigurantur: deinde exacto spatio quod huic sorti attributum est, in pristinam faciem revertuntur.

1 Julius] illius *D* || Scithicis] *sic D V*, scythicis *reliqui* || insula – 8 properat] *Solin. 19, 1* 1 2 Apollonitarum *Solin.* 2 passuum] rasuum *D*, nasuum *P* 3 bosphoro *V* || Traciae] *sic P*, tracie *D V*, Thraciae *Letr.*, Thracio *Solin.* || circa] citra *Solin.* 4 luculus (*corr.* lucullus *P*) *DP*, M. Lucullus *Solin.* || nubis (*corr.* nabis *P*) *DPV* 5 Borysthenen *Letr.* || Achillis] *sic Letr. cum Solino*, hancillis *DP*, hec illis *V* 6 nullus] nulla *Solin.* 7 qui] quae *Solin.* 9 boristhenen (*corr.* boristhene *P*) *DPV*, Borysthene *Letr.* 10 apud – 17 revertuntur] *Solin. 15, 1. 2* 11 Borysthenes *Letr. cum Solino* 14 accepimus *Solin.* || aestatis] statis *Salm.* 16 sortior tributum (*corr.* sorti ad tributum *P*) *DP*

8, 1 Post haec Tyrrheni maris latitudo in quot milibus passuum dilatatur, hic scribi congruit secundum missos Theodosii. longitudo Syriae ab australi parte minoris Asiae incipit, ac tangens Arabiam et inferiorem Aegyptum finitur. in quo spatio CCCCLXX milia passuum fieri scripserunt. ipsa est iuxta Syriam latitudo maris Tyrrheni, cuius longitudo ab insulis Gadibus usque ad Syriam amplior extenditur quam longitudo Europae vel Africae.

2 Jnsula Cyprus in cosmographia CLXXV milia habere in longitudine legitur, et latitudine CXXV mil. passuum, et Creta in longitudine CLXXII ab oriente in occidentem atque in latitudine L mil. passuum.

3 Plinius Secundus de Sicilia latitudineque maris Tyrrheni haec dicit in quarto libro: verum ante omnes claritate Sicilia, Sicania Tuchidide dicta, Trinacria pluribus

1 tyrreni *V* 5 arabia *V* 6 quo spatio] quos natio *D* 7 milia *om. D V* 8 ipsa est – 11 Europae vel Africae] *super versibus deletis a correctore rescripta P* 8 9 tyrreni *V*, tyrrhenis *D* 9 cuius] cui *editi* 11 vel] et *editi* 12 Jnsula Cyprus – 16 mil. passuum] *cf. Aeth. p. 732 Gron. sed discrepant numeri* 14 mil. *om. codd.* 15 CLXXII] CLXXVII *D V* ‖ orientem (*corr.* oriente *P*) *DP* 16 mil. *om. D V* 18 tyrreni *D V* 19 verum – 66, 13 Catina] *Plin. 3, 86 –89* 20 Thucydide *Letr. cum Plinio* ‖ *post* pluribus *Plin. add.* aut Trinacia

a triangula specie, circuitu patens, ut auctor
est Agrippa, DCXVIII. quondam Brutio agro
coherens: mox interfuso mari avulsa, XV
in longitudinem freto, in latitudinem autem
I ac dimidium iuxta Columnam Regiam.
ab hoc dehiscendi argumento Regium Greci 8, 4
nomen dedere oppido in margine Jtaliae
sito. in eo freto scopulus est Scylla, item
Caribdis mare vertigoso ambae clarae se-
vitia. ipsius Triquadrae, ut diximus, pro- 5
muntorium Pelorum vocatur adversum Scyl-
lam vergens in Jtaliam: Pachinum in Gre-
ciam, CCCCXL ab eo distante Peloponense.
Lilibeum in Africam CLXXX intervallo a
Mercurii promuntorio, et a Caralitano Sar-
diniae CXC. inter se autem promuntoria
ac latera distantia spaciis. terreno itinere 6

2 *ante* DCXVIII *editi addunt* m. p. ‖ quandam (*corr.* quondam *P*) *DP* ‖ Brutio] *sic P*, brucio *DV*, Bruttio *Letr. cum Plinio* 3 *post* XV *editi addunt* m. 5 Rhegiam *Letr. cum Plinio* 6 dehiscendi] *sic editi cum Plinio*, discindi *codd.* ‖ Rhegium *Letr. cum Plinio* 9 Charybdis *Letr. cum Plinio* ‖ verticosum *Letr. cum Plinio* ‖ ambo *Plin.* 10 triquetrae *Plin.* 10 11 promuntorium] *sic D*, promunctorium *V*, promontorium *P Letr. cum Plinio* 11 pellorum (*corr.* pelorum *P*) *DP* 12 Pachynum *Letr. cum Plinio* 12 13 Greciam] gretia *DP*, grecia *V* 13 14 Peloponneso. Lilybaeum *Letr. cum Plinio* 15 promunctorio *V* ‖ a *om. codd.* 16 promuntoria (*corr.* promunctoria *P*) *DP*, promunctoria *V*, promontoria *editi, et sic porro* 17 ac latera] accatera *DV* ‖ distantia spaciis] distant his spatiis *Plin.*, his distantia spatiis *Letr.*

a Peloro Pachinum CLXXXVI, inde Lilibeum CC, inde Pelorum CXLII. coloniae ibi urbes aut civitates LXIII. a Peloro mare Jonium, ora expectante oppido Mesana civium Romanorum qui Mamertini vocantur: promuntorium Drepanum, colonia Tauromenium quae antea Naxos, flumen Asines, mons Ethna nocturnis mirus incendiis. crater eius patet ambitu stadia XX, favilla Tauromenium et Catinam usque pervenit fervens, fragor vero ad Mauroneum et Gemellos colles. scopuli tres Ciclopum, portus Ulixis, colonia Catina.

8, 7 Sic a Mercurii promuntorio usque ad oppidum Regium in margine Jtaliae situm CCCXXIII m. passuum et amplius inveniuntur. sed a Lilibeo usque ad Regium non ad

1 Pachinum – 3 a Peloro] *nonnisi in margine inferiore habet P* 1 Pachinum] *sic D et marg. P,* pachynum *V Letr. cum Plinio* ‖ Lilibeum] *sic D,* lilibeam *marg. P,* Lilybaeum *V Letr. cum Plinio* ‖ *post* inde *V repetit* terreno itinere a peloro pachinum CLXXXVI. inde lilibeum CC. inde pelorum. 2 CXLII] CLXX *Plin.* ‖ *post* ibi *Plin. habet* V. 4 spectante, oppidum Messana *Letr. cum Plin.* 6 depranum *D V* 8 Aetna *Letr. cum Plinio* 10 usque pervenit fervens] *supra litteris deletis rescripta P* 11 Maroneum *Plin.* 12 Ciclopum] *sic D V,* cicoplum (*corr.* cicloplum) *P,* Cyclopum *Letr. cum Plinio* 13 Ulixis] *sic D V Plin.,* ulyxis *P,* Ulyssis *Letr.* 15 Rhegium *Letr.* 16 CCCXXIII] CC..XXIII *P* 17 Lilibeo] *sic V,* lylibeo *DP,* Lilybaeo *Letr.* ‖ Rhegium *Letr.*

septentrionem in directum navigium porrigitur, sed ad boream mensura declinat: namque ad septentrionem usque ad Jtaliam quot milia sunt scriptum non repperi.

Jn XIIIImo ethimologiarum libro de Si- 8, 8
ciliae circuitu ita scriptum admiror: omnis ambitus eius clauditur stadiorum tribus milibus, quae sine dubio tantum CCCLXXV passuum sunt. hoc non errore factoris, sed postea scriptorum fore existimo. Jsidorum enim V milia stadiorum scripsisse autumo, quae fiunt DCXXV passuum.

Julius Solinus de monte Ethna: in 9
Ethna vero hiatus duo sunt, crateres nominati, per quos eructatus erumpit vapor, praemisso prius fremitu, qui per aestuantes cavernarum latebras longo mugitu intra terrae viscera divolvitur, nec ante se

2 borream *D V* 3 ad septentrionem] *sic D et pr. m. P,* a septentrione *V corr. P et editi* ‖ italia *V* 4 quod *D V* ‖ reperi *V Letr.* 5 ethimologiarum] *sic V,* aethimologiarum *D P,* etymologiarum *Letr.* 6 adminor *D,* admi|or *V* 7 8 tribus milibus] *apud Jsidorum (14, 6. 34) nunc legitur, ut Dicuil recte autumavit:* ambitus eius (Siciliae) clauditur stadiorum quinque milium 13 in Ethna – 68, 2 antecedant] *Solin. 5, 9* 13 14 in Ethna vero] in Aetnae vertice *Solin.* 14 Ethna] Aetna *Letr. cum Solino, et sic in sequentibus* ‖ crateses *codd.* 16 aestuentes (*corr.* aestuantes) *D* 17 murgitu *D* 18 nec ante se] *sic editi cum Solino,* mecantesse *D P,* micantesse *V*

flammarum globi attollunt quam interni strepitus antecedant.

8, 10 Servius in commentario librorum Virgilii ubi narrat in tertio Aeneidos:

Portus ab accessu ventorum immotus et ingens
Jpse, sed horrificis iuxta tonat Ethna ruinis;

haec ita docet: Ethna constat ab ea parte, qua eurus vel africus flant, habere speluncas et plenas sulphuris et usque ad mare deductas. hae speluncae recipientes in se fluctus ventum creant, qui agitatus ignem gignit ex sulphure, unde est quod videtur incendium. hoc autem certum esse illa comprobat ratio, quia et aliis flantibus ventis nihil ex se mittit, et pro modo flatuum euri vel africi interdum fumum, interdum favillas, nonnumquam vomit incendia.

11 Priscianus in periegesi postquam de Sicilia narravit, de duabus insulis iuxta

1 flamarum *V* ‖ atollunt *P* 2 antecedent *codd.* 4 narrant *DV* 9 Ethna – 20 incendia] *Serv. ad Aen. 3, 571* 9 Ethna] Aetnam *Serv.* 10 qua] quae *D* 12 deductus *DP* 14 unde est] unde esse *P* 15 certum esse] certum est *P*, verum esse *Serv.* 17 nichil *V* ‖ ex sese emittit *Serv.* ‖ mittit (*corr.* emittit) *P*

Africam hoc est iuxta minorem Syrtim retulit haec:

Ad noton est pontus Libiae Syrtisque vadosa
Maior: at ulterius si pergas, cerne minorem
Occiduam: iuxta quam Menix insula fulget
Et Cernina simul Libica statione patentes.

Julius Solinus de promuntoriis Africae, 8, 12
de Libia Cirinacia dicens, haec docet: omnis Africa Zeugitano pede incipit, promuntorio Apollinis Sardiniae controverso, promuntorium Mercurii procedens in frontem Sicaniam: proinde extenta in duas prominentias, quarum altera promuntorium

1 syrtin: *D* 3 Ad noton – 10 patentes] *Prisc. per. v. 506–509* 3 noton (*corr.* notton) *P* ‖ libie *V*, lybiae *DP*, Libyae *Letr. cum Solino* ‖ sirtisq; *DV* 5 ad *codd.* 7 Meninx *Letr. cum Solino* 9 Cernina] *sic DP*, cerinna *V*, Cercina *Letr.*, Cercinna *Prisc.* ‖ lybica *codd.* 12 lybia *codd.* ‖ Cyrenaica *Letr.* 13 omnis – 70, 2 vocant] *Solin. 27, 1* 13 Zeugitano] teugitano *codd.*, a Zeugitano *Letr. cum Solino* 14 Apollonis *Letr.* ‖ controversa *Letr.*, contraversa *Solin.* 15 promunturio Mercurii *Solin.* 15 16 frontem] fontem *V*, fortem (*corr.* fontem) *D* 16 Sicanam *editi cum Solino* 17 prominent *codd.*

Candidum dicitur, altera quae est in Cirinacia regione quam Ficontem vocant.

8, 13 Plinius Secundus postquam in quarto naturalis historiae libro de Jtalia scripserat, paulo post de insula Corsica haec scripsit: in Ligustico mari est Corsica, quam Greci Cirinon appellavere, sed Tusco propior, a septentrione in meridiem proiecta, longa passuum CLX milia, lata maiore circuitu ex parte CCCXXV mil., abest a vadis Volaterranis LXII. civitates habet XXXII et colonias.

14 Jdem post pauca dicit: Sardinia minus octo milia passuum a Corsicae extremis. idem post pauca: Sardinia ab oriente patens CLXXXII mil., ab occidente CLXXV.

1 altera] alteram *Solin.* 1 2 Cirinacia] *sic Walck.*, cirenacia *P V*, cirenatia *D*, Cyrenaica *Letr. cum Solino* 2 quam *om. Solin.* || Phycuntem *Letr. cum Solino* 3 quarto] tertio *Letr.* 4 itali (*corr.* italia *P*) *DP* 6 in Ligustico – 12 colonias] *Plin. 3, 80* 7 Cirinon] Cyrnon *Letr. cum Plinio* || proprior *DP* 9 CLX] CL *Plin.* || milia] *sic Walck.*, millia *Letr.*, *om. codd.* 9 10 maiore circuitu ex parte] maiore ex parte L circuitu *Letr. cum Plinio* 10 mil. *om. codd.* 13 Sardinia – 14 extremis] *Plin. 3, 83* 14 milia] milibus *Letr. cum Plinio* 15 Sardinia – 71, 2 CC] *Plin. 3, 84* 16 CLXXXII] CLXXXVIII *Plin.* || *post* CLXXV *apud Plinium legitur:* a meridie LXXVII milia, a septentrione CXXV

circuitus eius DLXV. alias ab Africa Caralitano promuntorio CC.

Jn libro ethimologiarum XIIII. de in- 8, 15
sula Sardinia sic scriptum est: Sardus ab Hercule procreatus cum magna multitudine a Libia profectus Sardiniam occupavit et ex suo vocabulo insulae nomen dedit. haec in Africo mari facie vestigii humani in orientem quam in occidentem latior prominet, ferme paribus lateribus quae in meridiem et septentrionem vertunt. ex quo ante commercium a navigantibus Grecorum Jchus appellata est. terra patet in longitudinem mil. CXL, in latitudinem XL.

Jta ab Jtalia id est a vadis Volaterranis 16
usque ad Corsicam mil. LXII; longitudo Corsicae CLX; ab extremis hoc est a promuntorio Corsicae usque ad Sardiniam minus quam VIII; latitudo Sardiniae a septentrione in austrum XL; a Sardinia usque ad Africam CC. quae omnia pariter coniuncta

1 alias] abest *Plin.* 1 2 caralitañ *DP*, caralitanon *V* 3 ethimologiarum] *sic V*, aethimologiarum *DP*, etymologiarum *Letr.* 4 Sardus – 14 XL] *Jsid. 14, 6. 39. 40* 4 ab *om. Jsid.* 6 lybia *codd.* ‖ protectus *codd.* 9 oriente *et* occidente *Jsid.* 13 Jchus] ἴχνος *Jsid.*, Jchnus *Letr.* ‖ est *om. Jsid.* 13 14 longitudine *et* latitudine *PV Jsid.* 16 mil. *om. DV* ‖ LXII] LXXII *P* 17 *post* CLX *editi add.* mil.

quasi OCCCLXX mil. passuum complent. ista est in illa parte latitudo maris Tyrrheni.

8, 17 Sed quam Plinius Secundus dixit ab extremis Corsicae usque ad Sardiniam minus quam milia VIII esse a promuntorio Corsicae extendente se ad Sardiniam, illa mensura constat: quoniam XX mil. quae in primo Orosii libro atque in XIIII. ethimologiarum scripta sunt, non ad promuntoria sed ad communia utrarumque insularum latera pertinent: ipsius Corsicae latitudinem in Orosii libro primo per XXXVI mil. passuum dilatari legimus.

18 Julius Solinus de Hispania nuntians de Gaditano freto haec refert: Gaditanum fretum a Gadibus insulis dictum Athlanticus aestus in nostrum mare discidium immittit orbis. nam oceanus, quem Graii sic nominant de celeritate, ab occasu solis in-

1 mil. *om. codd.* || ista] ita *editi* 2 tyrreni *V* 5 milia *om. Letr.* 6 extente (*corr.* extendente *P*) *DP*, extendens *V* || sarciniam *DP* 7 mil. *om. D* 8 in *om P editi* 8 9 ethimologiarum] *sic V*, aethimologiarum *DP*, etymologiarum *Letr.* 10 commonia *D* 11 Corsicae latitudinem] tenet autem (Corsica) in longo millia passuum centum sexaginta, in lato millia viginti sex. *Oros. hist. 1, 2* 12 mil. *om. codd.* 15 Gaditanum – 73, 7 aequoris] *Solin. 23, 13. 14* 16 insulis *om. Solinus* || Atlanticus *Letr.* 17 discidio *Solin.* 18 nam] *sic Letr. cum Solino*, non *codd.*

rumpens levo latere Europam radit, Africam dextero, scissisque Calpe et Abinna montibus quos dicunt Columnas Herculis, inter Mauros funditur et Hispaniam: ac freto isti, cuius xv mil. passuum efficit longitudo, latitudo vix septem, quodam ostio aperit limen interni aequoris. eandem longitudinem fretum Gaditanum et fretum Siciliae habent.

De cuius latitudine in tertio decimo 8, 19
ethimologiarum libro haec scripta sunt: fretum Siciliae est artissimum, trium milium spatio Siciliam ab Jtalia dividens, sed iuxta Columnam Regiam, ut Plinius Secundus praescripsit, in latitudine mille ac dimidium solummodo habet, id est integram leugam, hoc est xii stadia, quia unum stadium cxxv passus possidet, unus passus quinque pedibus mensuratur.

Latitudine maris Tyrrheni quater me- 20
tata, ad metendam Brittaniam stilum vertere conabor. Julius Solinus de illa scripsit

1 eurapam *D* 5 mil. *om. D P* 6 latitudo *om. V* 11 ethimologiarum] *sic V*, aethymologiarum *D*, aethimologiarum *P*, etymologiarum *Letr.* 12 fretum – 13 dividens] *Jsid. 13, 18. 3* 12 sicilia *P* ‖ arctissimum *editi* 14 Rhegiam *Letr.* 20 latitudinem *codd.* ‖ tyrreni *V* 21 Brittaniam] *sic D P*, brittanniam *V Walck.*, Britanniam *Letr.* ‖ stylum *Letr.*

haec: finis erat orbis ora Gallici litoris, nisi Brittania insula qualibet amplitudine nomen pene orbis alterius mereretur: DCCCta enim et amplius milia passuum in longitudine detinet, in latitudine CCta.

8, 21 Jdem paulo post: multis insulis nec ignobilibus circumdatur, quarum Hibernia ei proximat magnitudine, alias ita pabulosa ut pecora, nisi interdum a pastibus arceantur, ad periculum agat.

22 Jdem paulo post: sed mare quod inter hanc et Brittaniam interluit undosum inquietumque toto in anno nonnisi pauculis diebus est navigabile, idque in centum viginti milia passuum latitudinis diffunditur. inter Brittaniam et Morinos in Gallia Belgica, ubi civitas Rutupi portus est, unde in Brittaniam proximus et brevissimus est

1 finis – 5 ccta] *Solin. 22, 1* 2 Brittania] *sic DP*, brittannia *V Walck.*, Britannia *Letr.* ‖ qualibet] non qualibet *Solin.* 4 in longitudine] longa *Solin.* 5 in latitudine ccta] *om. Solin.* 6 multis – 10 agat] *Solin. 22, 2* 8 *post* magnitudine *Solinus habet:* inhumana incolarum ritu aspero 9 pecora] pecua *Solin.* 9 10 acceantur *D* 10 *post* agat *Solin. add.* satias 11 sed mare – 15 diffunditur] *Solin. 22, 5. 6* 12 Brittaniam] *sic DP*, brittanniam *V Walck.*, Britanniam *Letr.* 13 nonnisi] nisi *V* 16 Brittaniam et] *hic om. Letr. et post* Belgica *addit* et Britanniam; *rectius* ‖ murinos *D V* 18 Brittaniam] *sic codd.*, Brittanniam *Walck.*, Britanniam *Letr.*

transitus, in milibus L passuum; sive ut quidam scripserunt in CCCCL stadiis latitudo maris coartatur.

8, 23 Jdem Julius paulo post: circuitus Brittaniae quadragies octies LXXV sunt. si quis voluerit ipsius circuitus mensuram scriptam ab Julio facilius intellegere $\overline{\text{IIII}}$ DCCCCes sive DCCCC $\overline{\text{IIII}}$es certe fore cognoscat. sed si alicui tardanti ingenio haec dimensio non satisfecerit, miliaria signa in fine singulorum milium, verbi causa miliarios lapides esse fingat, in quibus $\overline{\text{XXX}}$ lapidum et DC simpliciter lapides fieri quis dubitabit?

24 Plinius Secundus in tertio libro dicit: octogenis cubitis super Brittaniam intumescere aestus Pytheas Masiliensis auctor est.

3 coartatur] *sic D V*, coarctatur *P Letr.* 4 Julius] *cf. Solin. 22, 10* 4 5 Brittaniae] *sic D*, brittannie *V*, Britanniae *P Letr.* 5 occies *D V* 7 intelligere *V edd.* 8 $\overline{\text{IIII}}$ DCCCC] *sic Letr. recte*, CCCC DCCCC *D P V* ‖ DCCCCes sive DCCCC. CCCCes] *supra litteris deletis rescripta P* ‖ DCCCC $\overline{\text{IIII}}$] DCCCC *D*, *sed prima manus supra* certe *add.* CCCCes 13 DC] de *V* 14 dubitauit *V* 16 octogenis – 18 auctor est] *Plin. 2, 217* 16 Brittaniam] *sic codd.*, Brittanniam *Walck.*, Britanniam *Letr.* 17 *ante* Pytheas *editi add.* ut ‖ Massiliensis *editi*

Jn cosmographia legitur, quod Salinarum lacus in Africa, qui est in Tripolitana provintia et in regione Bezatio, in lunari mense crescit atque decrescit.

8, 25 Plinius Secundus in tertio libro: altissimum mare xv stadiorum Fabianus tradit. sed quis credet Fabianum totius profunditatem oceani posse scire?

26 De septem rebus sequentibus in cosmographia haec scripta sunt:

Orientalis pars habet maria VIII, insulas VIIII, montes VII, provintías VII, oppida LXXV, flumina XVII, gentes XLIIII.

27 Meridiana pars habet maria II, insulas XVI, montes VI, provintias XVII, oppida LXII, flumina VI, gentes XXIIII.

28 Occidua pars habet maria VIII, insulas XV, montes XV, provintias XXV, oppida LXXVI, flumina XIII, gentes XXIIII.

29 Septentrionalis pars habet maria XI, insulas XXXI, montes XII, provintias XVI, oppida LVII, flumina XVIIII, gentes XXIIII.

3 Bezatio] *sic P*, bozacio *V*, b=zatio *D*, Byzacio *Letr* 5 altissimum – 6 tradit] *Plin. 2, 223* 11 – 13 *cf. Aethic p. 706 Gron.* 14 – 16 *cf. Aethic. p. 720* 15 LXII XLII *V* 17 – 19 *cf. Aethic. p. 711* 17 maria VIII maria VII *V* 20 – 22 *cf. Aethic. p. 717*

Omnis orbis habet maria XXVIIII, insu- 8, 30
las LXXII, montes XL, provintias LXV, oppida CCLXXXI, flumina LV, gentes CXVI.

Sed ne litterator reprehendat quod cor- 31
porales et visibiles hic dixi, Prisciani testimonium in codice quem de duodecim primis versibus XII librorum Aeneidos scripserat, accipiat. quia disputans de primo versu tertii illorum haec tractat dicens: quidam grammatici incorporalia solent res dicere: tamen vera ratione omnia quae sunt sive corporalia sive incorporalia, res possunt nominari, sicut hic res Asiae dixit Virgilius pro opes Asiae et res publica et

1 - 3 *cf. Aethic. p. 706* 1 maria XXVIIII] *ratio constat* 1 2 insulae LXXII] *sunt* LXXI 2 montes XL, provintias LXV] *ratio constat* 2 3 oppida CCLXXXI] *sunt* CCLXX 3 flumina LV, gentes CXVI] *ratio constat*

	maria	insul.	montes	prov.	oppida	flumina	gentes
Orientalis pars	8	9	7	7	75	17	44
Meridiana pars	2	16	6	17	62	6	24
Occidua pars	8	15	15	25	76	13	24
Septentr. pars	11	31	12	16	57	19	24
	29	71	40	65	270	55	116
Omnis orbis	29	72	40	65	281	55	116

8 disputari *V* 10 quidam – 78, 1 uxoria] *Prisc. t. 2 p. 475, 70 Hertz* 10 gramatici *V* ‖ tres (*corr.* res) *P* 11 vera ratione] veneratione *codd.* 14 uirgil' *V*, uirgulis (*corr.* uirgilius *P*) *DP* ‖ opes (*suprascr.* opibus) *P*, ope *V*

res familiares et res uxoria. et haec divinum eloquium apud nos in Exodo confirmat, ubi dicit: non concupisces rem proximi tui.

9, 1 Post haec novissime in cacumina montium ascendam. Julius Solinus de Thessalia narrans de monte Olympo ita retulit: Olympum ab Homero non per audaciam celebratum docent quae in eo visitantur. primum excellenti vertice tantus extollitur ut summa eius caelum accolae vocent. ara est in cacumine eius Jovi dicata, cuius altaribus si qua de extis inferuntur, non difflantur ventosis spiritibus nec pluviis diluuntur, sed volvente anno cuiusmodi relicta fuerint eiusmodi repperiuntur: et omnibus tempestatibus ac corruptelis aurarum vindicatur quicquid ibi semel est deo consecratum.

2 *in Exodo (20, 17) legitur:* non concupisces domum proximi tui .... nec omnia quae illius sunt. 2 3 confirmat *om. D V* 6 Solinus] *cf. Solin. 8, 5. 6* 6 7 tessalia *D* 7 ita] ista *V* 8 ab Homero *D ponit post* audaciam ‖ omero (*corr.* homero *P*) *DP*, hemero *V* 9 eo] *sic Letr. cum Solino,* ea *codd.* 10 attollitur *Solin.* 11 eius *om. Solin.* 13 non] nec *Solin.* 14 diflantur *codd.* 16 repperiuntur] *sic DP*, reperiuntur *V Letr.* 17 18 auarum (*corr.* aurarum) *P*, aularum *D* ‖ *post* aurarum *D add.* sano 18 uendicatur *D V* ‖ deo] de eo *DP*

Jn XIIII. ethimologiarum volumine haec 9,2
dicuntur: Athos mons Macedoniae et ipse altior nubibus tantoque sublimis, ut in Lemnum insulam umbra eius pertendat, quae ab eo LXXVII milibus separatur.

Julius Solinus in collectaneis haec de 3
monte Athlante docuit: Athlas mons e media harenarum consurgit vastitate et eductus in viciniam lunaris circuli ultra nubila caput condit: qua ad oceanum extenditur, cui a se nomen dedit, manat fontibus, nemoribus inhorrescit, rupibus asperatur, squalet ieiuna humo nuda nec herbida: qua contra Africam versus est, felix nascentibus sponte frugibus, arboribus proceris opacissimus, quarum odor gravis, comae cupressi similes vestiuntur lanugine sericis velleribus nihil viliore. in eo latere 4
et herba euforbea copiosa, cuius sucus ad

1 ethimologiarum] *sic V*, aethimologiarum *DP*, etymologiarum *Letr.* 2 Athos – 5 separatur] *Isid. orig. 14, 8. 10* 6 Solinus] *cf. Solin. 24, 8–10* ‖ in collectaneis *om. DV* 7 Atlante *et* Atlas *Letr.* ‖ *post* Athlante *D repetit* haec 8 media] *sic dedi cum Solino*, medio *codd.* ‖ arenarum *editi* 9 uicinia *V* 10 qua] *sic Letr. cum Solino*, quae *DP*, que *V* 13 ieiuna] ieiunio *Solin.* 14 Africam contra *Solin.* 18 nihil] *sic DP*, nichil *V*, nihilo *editi cum Solino* ‖ viliore] uiolare *DPV* 19 et] *sic D cum Solino*, est *reliqui* ‖ euphorbia *Letr.*, euphorbea *Solin.* ‖ succus *editi*

oculorum proficit claritatem nec mediocriter percellit vim venenorum. vertex semper nivalis. saltus eius quadrupedes ac serpentes et ferae et cum his elephanti occupaverunt. silet per diem universus nec sine horrore secretus est, lucet nocturnis ignibus, choris egipanum undique personatur: audiuntur et cantus tibiarum et tinnitus cymbalorum.

9, 5 De eodem Jsidorus Athlante in xiiii. ethimologiarum scripsit libro: Athlas cognominatur qui propter altitudinem suam quasi caeli machinam atque astra sustentare videtur.

6 Duo hic quasi contraria Julius Solinus de Athlante monuit: quod ultra nubila caput condit qua ad oceanum extenditur, et quod vertex eius semper nivalis. si vertex eius semper nivalis est, transcendere semper nubes non potest, et si nubes semper altitudo illius excedit, non solum numquam tegi sed nec tangi nivibus valet.

1 oculariam *Solin.* 2 uenorum *P* 3 quadrupes (*corr.* quadrupedes) *P* 4 et ferae] fere *Solin.* 7 aegipanum *D Letr.* 10 Jsidorus] *orig. 14, 8. 17* ‖ Atlante *Letr.* 11 ethimologiarum] *sic V,* aethimologiarum *DP,* etymologiarum *Letr.* ‖ Atlas *Letr.* 13 machina *V* 15 hic] haec *D* ‖ Solinus] *24, 8* 16 Atlante *Letr.* 17 condit] credit *V*

nives etenim et grandines ac pluviae atque
tonitrua, fulminaque non ascendunt a nu-
bibus sed semper de nubibus descendunt.
in eo quod innuit, quod eductus in vici- 9, 7
niam lunaris circuli ultra nubila caput con-
dit qua ad oceanum extenditur, manifesto
instruit in aliquibus pinnis Athlantem trans-
cendere nubes quarum circum latera nives
tamquam coronam facere puto. et cum 8
Jsidorus tacuit illum transire altius nubes
quod vix excedit ipsas existimo. ac dum
Julius verticem eius niveam semper esse
scripserat, in aliquibus plagis altitudinis
sui inferioribus praedictis nivibus semper
tegi monstratur. quae duo climata in 9
quarto Aeneidos Virgilius ostendit aiens:

Jlla fretus agit ventos et turbida tranat 1
Nubila: namque volans apicem et latera ardua cernit 2
Athlantis duri, caelum qui vertice fulcit, 3
Athlantis cinctum assidue cui nubibus atris 4

1 pluviae] pulviae *D* 2 tronitrua *D* ‖ fulminaque] *sic V*, fluminaq; *DP*, fulmina *editi* 3 nulibus *V* 4 innuit] *sic V*, imbuit *reliqui* 4 5 uicinia *V* 5 nubilia *D* 7 Atlantem *Letr.* 11 vix] nix *V* ‖ excedat *editi* 16 Aeneidos *4, 245–251* ‖ uirgl' *V* 17 Jlla – tranat *repetit D* 18 iamque *Letr.* ‖ uolens (*corr.* uolans *P*) *DP* 20 *et* 21 Atlantis *Letr. et sic porro*

5 Piniferum caput et vento pulsatur et ymbri.
6 Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
7 Praecipitant senis et glacie riget horrida barba.

9, 10 Jn tertio versu huius exempli praescripto altissima cacumina dixisse autumo, in aliis succedentibus ipsis inferiora monstrasse opinor.

11 Plinius Secundus in libro secundo naturalis historiae de altissimo Thessaliae monte refert. Dicearchus vir in primis eruditus regum cura permensus montes, ex quibus altissimum prodidit Pelion milibus CCL passuum ratione perpendiculi. in altitudine ascensionis Alpium L fore legi, sed non recordor in quo libro repperi.

12 Quanquam Priscianus in periegesi Pyrreneum Hispaniae montem sublimem nimis fieri in hoc versu edocuit dicens:

2 imbri *editi* 3 tum] cum *V* 8 altissima (*corr.* altisima) *P* ‖ authumo (*corr.* autumo *P*) *DP* 11 Plinius *2, 162* 13 Dicaearchus *Letr.* 14 permenses *V* 15 16 milibus CCL] MCCL *Plin.* 18 non recordor in quo libro repperi] quosdam Alpium vertices longo tractu nec breviore quinquaginta milium passuum adsurgere. *Plin. 2, 162* ‖ repperi] *sic DP,* reperi *V Letr.* 19 *Prisciani perieg. v. 337* 19 20 Pyrenaeum *Letr. et sic porro* 20 sublimen *D* 21 fieri] *sic D V,* fier *P, om. editi*

Pyrrenes caelum qui tangit vertice summo,

tamen Jsidorus Hispaniensis episcopus in XIIII. libro praedicto Solurium montem esse Pyrreneo excelsiorem his sermonibus ostendit: Solurius a singularitate dicitur, quod omnibus Hispaniae montibus solus altior videatur. 9, 13

Dicuil accipiens ego tracta auctoribus ista 1
Pauca loquar senis metro de montibus altis. 2
Summus Athos, Athlas, nubes transcendit Olympus, 3
Pulvere ob hoc squalent terna alta cacumina quorum. 4
Montibus ambobus sed celsior instat Olympus: 5
Athlas inferior praedictis montibus altis, 6
Jnde corona caput cingit sublime nivalis. 7
Mons medius tendens excelsa cacumina caelo, 8
Undecies umbris obscurat milia septem. 9
Exta anno integro divo custodit Olympus, 10

1 caelum qui] caelumque *D*, celumque *V* 3 *Jsid. Hisp. orig. 14, 8. 16* 16 scelsior *D* 23 umbris] imbris (*corr.* umbris *P*) *P V*

(9, 13) 11 Jnmaculata tenens oblata in vertice summo.
12 Non alios legimus montes excedere ventos.
13 Sublimem Athlantem torret sol fervidus austri:
14 Jam binos alios aquilonis frigus adurit.
15 Afri Athlanta tenent, Adon Argi, Grecus Olympum:
16 Arduus occiduas Athlas custodit harenas;
17 Grandis Alexandri tellus hos servat avita.
18 Frigus in excelsis est, fervor solis in imis:
19 Et medium spatium fovet aer omne serenus,
20 Athlantis triplicis fundentis flumina curva
21 Jn partes euri zephyri boreaeque vel austri.
22 Quinquaginta semel centum bis milia supra,
23 Mons Pelion tollens caput inter nubila condit.

1 oblato *Letr. errore typ.* 7 iam binos] lambinos *V* 8 Athon *Letr.* 10 arenas *editi* 15 aer omne] *sic P*, aeronne *D*, eronne *V* 19 zephiri *PV* 23 Mons *om. editi* || tollens] extollens *editi* 24 condit] credit *V*

Quinque Alpes decies transfigunt milia sursum. 24 (9,13)
Solurius summo scandens sit vertice caelo, 25
Mensuram haud legi cuius quot milia complent. 26
Thesalus atque Jtalus, Hispanus possidet ipsos. 27

Post octingentos viginti quinque peractos 28
Summi annos domini terrae, ethrae, carceris atri, 29
Semine triticeo sub ruris pulvere tecto, 30
Nocte bobus requies largitur fine laboris. 31

3 summo] sommo *D* 4 caelo] *sic DP*, celo *V*, coelum *Letr.* 5 quod *codd.* 7 Thessalus *editi* 9 octingentis (*corr.* octingentos) *D* 11 ethrae] *sic DP*, ethre *V*, aethrae *Letr.* 12 carceris (*in rasura*) *V*

INDEX.

Corrigenda.

pag. 5, 19 *lege* Greci
- 17, 15 - egipanum
- 40, 2 - Athlanticam

Berolini, typis A. W. Schade (L. Schade.)



